cuo ē adaptabile aliqd̄ coꝛpus. ¶ Notādū ēt q̄ p h̄ rō Nōndum
p̄us aſſignata melius apparet. nam ſi viſio fit p poꝛos
vt tranſeat inde viſus vel res viſa ſi illi poꝛi ponuntur
pleni impedieſ viſio. ſi āt ponunſ vacui: q: non pn̄t po
ni vacui ſimplr̄: ſed oꝫ eos ponere plenoſ aliquo coꝛpe
q: erant in in eis coꝛpoꝛa aliqua. rurſus ꝯtinget idem:
q: impedieſ actus videndi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Ulr aūt poꝛos facere ſupfluū. ſiqdem**
. n. nihil facit ſcd̄m tactum: neqꝫ p poꝛos
trāſiens facit. Si aūt i tāgendo ꝛ poꝛis
nō entibus. hec aūt patienſ: hec aūt faci
ent ad ſeinuicē hoc mō innatoꝝ.

¶ Oſidit q̄ vlr non eſt poꝛos ponere. ꝛ duo facit: q: p̄
mo facit. qd̄ dictum eſt. 2° epilogat. 2° ibi. Qm̄ ḡ ita.) Di
cit ḡ. q̄ vlr poꝛos facere ſuperfluum eſt. ſiquidem nihil
facit. i. nihil agit ſm ꝯtactum: neque tranſiens p poꝛos
aliqd faciens: cum poꝛi non faciant niſi vt agens attin
gat paſſum. ſi autem in tangendo vlr eſt actio poꝛiſ nō
entibus: q: ſine eis poteſt eſſe contactuſ: h̄ patienſ: h̄ fa
cient adinuicē mō innatoꝛum. i. mō quo apta ſunt nata
agere ꝛ pati. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Qm̄ ḡ ita dicere poꝛos vt qdam exiſti**
mant aut mendacium aut inane eſt ma
nifeſtum ex his.

¶ Epilogat dicens. q̄ manifeſtuꝫ eſt ex his q̄ dicta ſūt
q̄ dicere: ita eſſe poꝛos: vt qdaꝫ exiſtimant. aut eſt men
dacium: qd̄ eſt falſum: aut inane. ſ. ſupfluum: q: ſine eis
pōt ſaluari actio ꝛ paſſio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Diuiſibilibus āt oio coꝛpibus entibus**
poꝛos facere ridiculū ē. ſcd̄m id enim q̄
diuiſibilia ſunt pn̄t ſeparari.

¶ Jmpꝛobat pōnē poꝛoꝝ q̄ꝫtum ad modū agendi ꝛ pa
tiendi. diceret foꝛte aliqs q̄ nō eſſet neceīum poꝛos po
nere pp actionē ipſam: ſꝫ pp modū agendi vt facilius
fiat actio. nam actiuum ingrediſ paſſum: iō eſt modicū
agentis iuxta modicum paſſiui propter qd̄ facilius fit
actio ꝛ paſſio: ideo ait: q̄ coꝛpoꝛibuſ entibus oino diui
ſibilibus ridiculum eſt poꝛos facere. ſm id enim q̄ di
uiſibilia ſūt ſeparari pn̄t: ꝛ poterit ſupple eſſe modicū
vnius iuxta modicū alterius abſqꝫ poſitiōe poꝛoꝝ: ſic
apparet i mixtione humidoꝝ. omnino ergo ſuperfluit T.cō.
poꝛos ponere vt dicebatur. 77.

Quo autē mō exiſtit generare in
entibus ꝛ facere ꝛ pati dicam°.

¶ Jn parte iſta determinat phs de agere ꝛ
pati ſecundum opinionem propꝛiam. ꝛ duo
facit: quia p̄mo ꝯtinuat ſe ad dicenda. ſcd̄o exequiſ de
intento

intento ibi.(Accipientes prin^m.)Dicit ergo ꝙ quõ existit gñare.i.fieri i entibus facere ⁊ pati.dicamus supple s3 opinionē ꝓpriam:exquo diximus quõ fit actio ⁊ passio scdm opinionem aliorum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Accipientes pncipium dictũ multotiens. Si enim est hoc potestate hoc aũt actu tale innatum est.

¶ Exeqt de intento: ⁊ duo facit:qr pmo inuestigat conditiones agentis ⁊ patientis.2° ex huius cõditionibus venat defectum antiquorum ponentiũ poros pp actionē T.cõ. 79. ⁊ passionē ibi.(Tunc qdez existimare pati.) Circa p^m duo facit:qr pmo inuestigat ꝯditiones agentis ⁊ patiētis ex pte ipsius actiui ⁊ passiui.2° ex pte modi agendi ⁊ patiendi ibi.(Magis aũt ⁊ minus.) Circa pmũ duo facit:pm ꝙ duas tales ꝯditiones inuestigat.2° ibi.(Nõ tũ qdē pati:tum aũt nõ.)Dicit ergo ꝙ vna ꝯditio actiui ⁊ passiui sumi dz accipiendo illud pn^m qd est dictum multotiens:vz ꝙ si h.s.passum est potestate.i.est in potentia:h aũt.s.agens est in actu tale est innatũ agere ⁊ pati.est ergo h conditio ꝙ tale dz esse patiens in potentia q̄le est agens in actu. ¶ Deinde.cum dicit.

¶ Non tũ qdem pati:tum aũt nõ pati. Sz omnino secundum quantũ est tale.

¶ Ponit scdam cõditionē ꝙ patiens dz esse passibile fm qõlibet sui:nõ tum pati.i.fm vnam partem est passibile:tũ aũt nõ pati.i.nõ patit.sed oio fm quãcũqz ptē dz esse tale. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Magis aũt ⁊ minus.scdm ꝙ tale magis est ⁊ minus. ⁊ hac vtiqz poros aliqs dicet ⁊ magis inesse vt in metallicis: extendunt se passiue non continue.

¶ Assignat ꝯditiones agentis ⁊ patientis fm modum agendi ⁊ patiendi: ⁊ tria facit:fm ꝙ tres tales ꝯdiões assignat.2^a ibi.(Continuũ igit.)3^a ibi.(Similr autem:) T.cõ. 78. Dicit ergo ꝙ patiens dz pati magis ⁊ minus fm ꝙ ē magis ⁊ minus tale.i.magis ⁊ minus dispositũ. ⁊ addit quõ põt ex h verificari positio ď poris dicēs.ꝙ hac intentione dicet aliqs magis congrue inesse poros:vt dicamus poros nihil aliud esse q̃3 ptes magis passiuas: vt apparet in metallis.i.i nuclis vbi fodiuntur metalla nõ extendunt se vene cõtinue passiue: ⁊ si tales vene ⁊ tales partes magis passiuas vellemus appellare poros contingit poros esse. ¶ Deinde cum dicit.

T.cõ. 78. ¶ Continuum igit vnumquodqz ⁊ vnũ ens impassibile.

¶ Assignat 2^am ꝯditionē ꝙ passum si sit ꝯtinuũ ⁊ vnũquodqz: ⁊ p oēm modũ qd nõ sit scindibile:nec suscipit pegrinas ipressiões ē ipassibile ens. ¶ Deide cũ.d.

¶ Similr aũt ⁊ nõ appropinquãtia.nec sibi ipsis:neqz alijs que facere innata sũt ⁊ pati.dico aũt.verbi gratia. non solum tangens calefacit ignis. Sed ⁊ si longe sit.aerem qdez ignis:aer aũt corpus calefacit innatus facere ⁊ pati.

¶ Ponit tertiã ꝯditionē ꝙ nõ appropinquantia neqz sibi ipsis neqz alijs q̄ sunt apta nata facere ⁊ pati.i.quãdo agens nõ appropinquat passo:nec per seipsum: nec p medium non fit passio ⁊ exponit qd est appropinqre alijs: ⁊ p mediũ dicens.verbi gratia.non solũ ignis tangens calefacit aliqd corpus:s3 ⁊ si longe sit põt ip3 calefacere:vt si ignis calefacit aerem: aer aũt calefacit corpus remotũ ab igne:tũc aer est inatus facere ⁊ pati. ¶ Nõndũ aũt has esse tres cõditiones ex modo ⁊ ordine agendi ⁊ patiendi.qr vt passuz ordinat ad agēs dz esse aliquo modo dispositu3: ⁊ debet esse aliquo mõ scindibile: ⁊ dz esse iproximatũ:vel per seipsu3. vel per medium. ¶ Deinde cum dicit. Nõndũ

¶ Tum qdē existimare pati.tũ aũt nõ:ď terminãtes ꝙ in pncipio hoc dicendũ. si qdē.n.nõ vbiqz diuisibilis magnitudo.s3 est corpus idiuisibile aut latitudo nõ vtiqz erit vbiqz passibile:s3 neqz ꝯtiuũ nllũ. T.c.79

¶ Ex ꝯditionibus assignatis iuestigat defectũ antiquorũ. ⁊ duo facit:qr p ōndit quõ passum patit fm qõlibet sui.2° assignat antiquorum defectũ.2^a ibi.(Si aũt h mendaciũ.)Dicit ergo ꝙ existimare corpus tũ pati tũ aũt nõ.i. non pati fm qõlibet sui vt determinemus ⁊ declemus istud dcm resumendũ est qd i pncipio tetigimus. dictũ eni fuit in pn°.cũ soluebat dubitatio Democriti ⁊ ōndebat quõ latebat paralogizans ꝙ magnitudo est diuisibilis in semper diuisibilia.si ergo nõ ess3 vtiqz magnitudo diuisibilis in semp diuisibilia:sed supple relictũ ex diuisione esset corpus indiuisibile:aut latitudo nõ vtiqz erit corpus passibile esse quãlibet sui ptez:qr ps indiuisibilis non potest esse susceptibilis passionis: sed neqz continuũ nullũ esset corpus:supple si staret diuisio ad indiuisibilia.est ergo hec ratio:qr corpus patit fm oē sui:qr est diuisibile fm ptes omnifariã diuisibiles.l3 ergo indiuisibile nõ sit susceptiuũ passionis:qr nulla pars corporis est indiuisibile fm omne sui. est passibile corpus ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si aũt hoc mendacium ⁊ oē corpus diuisibile nihil differt dr̃e diuidi.aut tangere aut vtiqz diuisibile esse.si.n.segregari põt scdz tactus:vt aiunt qdam: ⁊ si nõ du3 est diuisu3 possibile erit diuisu3:possibile enim diuisum esse.

¶ Assignat ex h defectum antiquorum. ¶ Ad euidentiã cuius est notandũ antiquos phos ponētes poros in h defecisse:qr credebant oportere corpus actu diuidi: vt fieret actio ⁊ passio:qd nõ est verum.sufficit.n.corpus esse diuisibile vt h fiat.põt.n.aer successiue p ptes calefieri absqz eo ꝙ vna ps diuidat actu ab alia pte. duo ergo facit in assignando hmõi defectum:qr pmo dicit ꝙ non op3 ponere passum esse actualiter diuisu3 ad h ꝙ patiat.2° assignat incõuenientia q̄ sequunt h ponentes ibi.(Ultr aũt h gñari.)Dicit ergo ꝙ si h est mendaciu3 ꝙ corpus sit diuisibile in indiuisibilia. sed est diuisibile omne.i.fm oēm partem nihil differt dicere corpus diuidi in actu: aut agens tangere corpus actu diuisum: aut esse diuisibile:qr põt fieri passio absqz hoc ꝙ diuidat in actu.ne3 si corpus potest segregari fm tactus:vt quidam aiunt: ⁊ si nondum est diuisum actu possibile esset diuisum eē secundum tactum. Enim pro qr:qr est possibile esse diuisum supple fm quãtitatē. ¶ Nõndũ aũt ꝙ diuidi s3 tactum est diuidi scdm actionē agentis.tũc eni aer diuidit fm tactum ignis:qñ primo tangit ⁊ calefit ab igne scdm vnam partem q̃3 fm aliam. Est ergo intentio phi ꝙ ad hoc ꝙ passum diuidat per tactum agentis nõ o3 ꝙ sit actu diuisum fm quantitatem:sed sufficit ꝙ sit potentia diuisibile. ¶ Deinde cum dicit. Nõndũ Nõndũ

¶ Unir autē generari hoc modo scissis corporibus est inconueniens. destruit enī hic sermo alterationem.

¶ Assignat inconueniētia q̄ sequunt ponētes q vt fiat passio nec̄e est corpus actu diuidi ſm q̄titates ⁊ discō tinuari. ⁊ duo facit ſm q ad duo icōueniētia adducit. p̄ enim ondit q h pō destruit alterationē. 2°. q destruit augmentū ibi. (Amplius aūt neq augmentationem.) Circa p̄mū duo facit. qz p̄ p̄mittit qd intendit. 2° manifestat qd dixerat ibi. (Uidemus enim idē.) Dicit g q dicere vlr. i. absolute ⁊ simplr gn̄ari h mō actionem ⁊ passionem scissis corporibus ita q non possit fieri passio nisi corpa actu scindant. hic sermo est incōueniens: qz destruit alterationem. ¶ Deinde cū dicit.

T. cō. 81. T. cō. 80.

T. c. 80. ¶ Uidemus. n. idē corpus ꝯtinuū ens qn̄q qdē humidum qn̄q autem coagulatū: nō autē diuisione ⁊ cōpositiōe hoc patiens. neq ꝯuersiōe ⁊ tactu: sic ait Democritus. neq. n. transductū neq transpositū scd̄m naturam neq transmissum coagulatū ex hūido generatū.

¶ Manifestat qd dixerat. ⁊ duo facit ſm q duplr manifestat. 2° ibi. (Neq aūt nūc insunt.) Dicit g q p̄dicta pō repugnat apparenti alterationi. videmus. n. idē corpus ꝯtinuum ens non scissum qn̄q qdē hūidum qn̄q coagulatū. ⁊ h nō est patiēs nec diuisionē: nec cōpositionē: vt q athomi diuidant vel cōponant adinuicē: nec ꝯuersione: vt qz posteriores fiant an̄riores: vel econuerso: vt dicebat Democritus. g corpus qd nō est transductū. i. extensum: vel transpositū q ps anterior fiat posterior: nec ē transmissū q ps supior fiat inferior. i. nullā scissuram. nullā diuisionē est passum in ptibus: ⁊ tn̄ ex hūido gn̄atū ⁊ factum est coagulatū. pōt g eē alteratio absq actuali diuisiōe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neq āt nūc isunt dura ⁊ coagulata īdiuisibilia tumoribus sed similiter omne nunc humidum: quandoq autem durum ⁊ coagulatum est.

¶ Manifestat h alio mō. dicens q facta tali alteratione corpi sic coagulato. nunc de nouo non insunt corpa dura ⁊ coagulata ⁊ indiuisibilia tumoribus. i. ſm magnitudinē: sz silr oē. i. totū non habendo alias ptes: vl ptes vt diuisum. qn̄q quidem est humidū: qn̄q autem est durum ⁊ coagulatū. ¶ Notandum aūt q phs ait humidū fieri coagulatū absq eo q insint ei corpa dura ⁊ coagulata. Ad remouendum opinionem Democriti q cum poneret actionem ⁊ passionem fieri p corpora indiuisibilia: voluit humidum non fieri coagulatū: nisi aliq̄ corpa indiuisibilia dura ⁊ coagulata subingrederent illud hūidū. ¶ Deinde cum dicit.

Nōndū

T. c. 81. ¶ Amplius aūt neq augmētationē possibile esse ⁊ diminutionē. nō. n. quodcūq erit factū maius sigdē. sed erit appositio ⁊ nō eē trāsmutās aut mixto alio aut secundum se transmutante.

¶ Ondit hanc pōnē destruere augmētū. ponebāt. n. antiq alimentū ingredi poros aliti: ⁊ sic augmentare ipm: sz si h esset nunq̄ cresceret ipsum alitum: sz solum pori eius essent repleti: sic cresceret murus in altū si foramina eius obturarent. iō ait q ſm hāc pōnē non est possibile esse augmentationē ⁊ diminutionē: qz h posito qdcūq. i. q̄libet ps aucti non esset factum qd maius: sz solum erit appositio ad illos poros. imo ſm hanc pōnē nō ponit augmētū: eo q alimentū conuertat in membrū. iō h posito cibus non erit transmutans ⁊ alterans mēbrum: ⁊ mēbrū nō erit aliqd aliud mixtū pp ipsū cibū: qz cibus nō admiscebit mēbro: nec ingrediet ipsū ppie: sed solū subintrabit vacuitates eius: ⁊ mēbrum nō erit ſm se transmutans ipm alimentū: q̄ oīa requirutur ad augmentationem. ¶ Ultimo cum dicit.

¶ Quid igr̄ est gn̄are ⁊ facere ⁊ generari ⁊ pati adinuicē: ⁊ quomodo ꝯtingit ⁊ quō inqunt qdā non: contingit autem: determinatum sit hoc modo.

¶ Epilogat dicens. q qd est gn̄are ⁊ facere: ⁊ gn̄ari ⁊ pati adinuicem: ⁊ quomō inqunt ⁊ loquuti sunt antiq determinatū sit h mō ⁊c̄.

Reliquū aūt videndū d mixtione secundum eundem modum methodi. hoc enim erat tertium propositorum a principio.

¶ Postq̄ phs determinauit de tactu ⁊ actiōe ⁊ passione hic. tertio determinat de mixtiōe: ⁊ duo facit: qz p̄ cōtinuat dicta dicendis. scd̄o exeqt de ꝓposito ibi. (Scrutandū aūt qd est.) Dicit g q reliquū vidēdū est de mixtione scd̄m eundē modum methodi. i. secundū eūdem modū artis suprius assignatē. h enim. s. mixtio fuit tertiū ꝓpositorū a p̄ncipio. Executis g duobus: vt d actione ⁊ tactu secūdū illū methodū: restat exeq de mixtione. ¶ Deinde cum dicit. T. cō. 82.

¶ Scrutandū aūt ē qd mixtio: ⁊ qd miscibile: ⁊ qbus existit entiū: ⁊ quō. amplius āt vtrū ne ē mixtio: an hoc mēdaciū.

¶ Exeqt de intento. ⁊ duo facit: qz p̄ enumerat q̄ sunt dicenda de mixtione. scd̄o exequit de illis ibi. (Impossibile est enim.) Dicit g q scrutandū est qd est mixtio: ⁊ qd est miscibile: ⁊ quibus est entiū. i. qualibus entibus existit mixtio: ⁊ quomō fiat mixtio: aut est mēdacium mixtionem esse. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Impossibile ē. n. alterū altero misceri quēadmodū dicunt quidam: entibus qdē adhuc mixtis ⁊ nō alteratis: nō magis nūc mixta esse q̄ prius inquiunt: sz consimliter se habere. T. cō. 82.

¶ Incipit inquirere de p̄dictis. ¶ Ad cuius euidentiā notādū q cū quinq sint ꝓposita inter ea: tn̄ duo sunt ex quorū declaratione dependet veritas aliorū. nā si sciremus an sit mixtio: ⁊ quō fiat mixtio: sciremus qd est mixtio: ⁊ q̄ sūt miscibilia: ⁊ qbus. i. q̄libus entibus existat mixtio siue q̄ entia sunt miscibilia. duo g facit: quia p̄mo inquirit an sit mixtio. scd̄o quomō fiat mixtio ibi. (Continuam aūt his qōnem.) Prima ps diuiditur in duas: qz p̄mo obijcit mixtionē non esse. secundo hmōi obiectionem soluit ibi. (Hic quidē vr̄ sermo.) Miscibilia aūt tripliciter se habere pūt: qz vel ambo manēt vel ambo sunt corrupta: vel alterū est corruptū: ⁊ alterum manet. tria ergo facit: qz p̄mo ostendit mixtionē nō eē: si ambo miscibilia manēt. secūdo ostendit nō esse mixtionem

Nōndū T. cō. 85. T. cō. 83.

tionem si alterum corrūpatur.tertio ostendit ꝙ non eē si ambo sint corrupta.scđa ibi.) Altero aūt corrupto.) tertia ibi.(Eodē autem mō.) Dicit ergo ꝙ quēadmodū qdam dicunt impossibile est alterum alteri misceri: quia mixtio adꝫ entibus.idest pmanentibus: ⁊ nō alteratis non magis inquiunt nunc mixta esse ꝙ̄ prius.sꝫ contingit hmōi miscibilia consilr se hre nunc ⁊ prius. si ergo prius non erat mixtio:nec nūc.non ergo est mixtio si ambo miscibilia maneāt. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Altero aūt corrupto:nō mixta esse. sꝫ hoc qdeꝫ esse hoc aūt nō esse. mixtionē autem similiter habentium esse.

❡ Ondit mixtionē nō eē si alterum corrūpat.d. ꝙ altero corrupto non ꝯtingit mixta esse.sed hoc.s.manens cōtingit esse:hoc aūt:scꝫ corruptuꝫ non esse: ⁊ qꝛ mixtio est silr se habentiū:cū hoc posito mixta si se habeant silr: sꝫ

Nōndum vnum sit corruptum ⁊ aliud manens non erit ibi mixtio. ❡ Nōndum aūt ꝙ mixta debent se hre similiter: ⁊ non silr debent se hre.similr vt sunt in mixto: qꝛ nullū eorum dꝫ esse in actu:sed quodlibet in potentia:sꝫ añ mixtionem: ⁊ post non debent se habere similiter:quia ante mixtioneꝫ debent esse in actu.cuꝫ vero sunt in mixto debent esse in potentia. pma ergo ratio ostendebat mixtionem non esse manentibus miscibilibus:qꝛ se habebunt similiter miscibilia ante mixtionem ⁊ post. Secunda vero ratio ostendit mixtionem nō esse altero miscibiliū corrupto:qꝛ non se habent silr vt sunt mixta: ⁊ sic soluitur controuersia q̄ vr̄ esse in textu,cuꝫ pmo probat mixtionem non esse:qꝛ miscibilia se habent similr scđo vero ostenditur hoc non esse,qꝛ non se hñt similr. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Eodeꝫ mō ⁊ si ambobus ꝯuenientibus corruptū est alterutrū mixtoꝝ. nō.n.eē mixta nullatenus entia.

❡ Ostendit mixtionē nō esse si ambo miscibilia sint corrupta dicens.eodem mō mixtionē non esse:scꝫ ambobus miscibilibus ꝯuenientibus corruptū est alterū mixtorū.nā cū miscibilia sint corrupta: ⁊ sint nllatenus entia:mixta esse non poterunt. ❡ Deinde cum dicit.

T.cō. ❡ Hic qdē vr̄ pmo q̄rere qd differt actu
83. mixtio a gñatiōe ⁊ corruptiōe.⁊ qd miscibile a gñabili ⁊ corruptibili.manifestū .n.ꝙ oportuit differre si ē mixtio q̄propē his entibꝰ manifestis q̄sita soluent vtiqꝫ.

❡ Soluit ad obiectiōes fcās. ⁊ duo fac̄.qꝛ pmo dat modum ⁊ viā ad soluēdū pdicta.scđo illā viā ꝓsequit ibi.(At vo neqꝫ.) Dicit ergo ꝙ iste sermo vr̄ q̄rere qd.idest in quo differt mixtio a gñatione ⁊ corruptione: ⁊ qd differt miscibile a gñabili ⁊ corruptibili.nam manifestum est ꝙ si est mixtio:oꝫ eam differre a talibus transmutationibus. ⁊ subdit quō hec valent ad quesita.dicens.ꝙ manifestis his entibus:vꝫ quō differunt mixtio ab aliqs q̄sita soluunt. ❡ Deinde cū dicit.

❡ At vo neqꝫ mām igni misceri dicimus neqꝫ misceri cū exardet.neqꝫ ipsam ipsis pticulis nec igni:sꝫ ignem qdem generari:hanc autem corrumpi.

❡ Prosegt dictā viā. ⁊ duo facit:qꝛ pmo sepat mixtio-

T.cō. nē ab hmōi transmutationibus.scđo ex hoc soluit obie
84. ctiones.secunda ibi. (Quoniam autem sunt hec.) Notandum autem ꝙ mixtio nō solum est alia a gñatione: Nōndū
sed etiaꝫ ab augmento: ⁊ alteratione.ad gñationeꝫ aūt cōcurrunt materia ⁊ forma. ad augmentū vero nutrimentū ⁊ nutritū ad alterationē qdē subiectū ⁊ accñs. qꝛ mā nō miscet forme nec cibus corpori: nec figura cere:mixtū nec est gñatio:nec augmentum:nec alteratio. tria ergo facit:qꝛ pmo separat mixtionē a generatione:secūdo ab augmento.tertio separat eam ab alteratione. secūda ibi.(Secundū aūt modū.) Tertia ibi.(Neqꝫ figura.) Dicit ergo ꝙ māꝫ nō dicimus misceri igni:nec ignē dicimus cōmisceri cōbustibili cū exardet ipsum: ita ꝙ cōbustibile:qđ est q̄si mā ignis:nec miscet ipsi igni secundum se totū:nec ēt ipsis pticulis ignis:sꝫ ignē.siquidem ex tali combustione dicimus gñari hanc aūt māꝫ scilicet cōbustibile dicimus corrūpi pp qđ differt mixtio a gñatione. ❡ Deinde cū dicit.

❡ Secundum autem modum eundem neque corpori cibum.

❡ Separat mixtionē ab augmento.d.ꝙ scđm eundem modū differt supple mixtio ab augmēto:qꝛ cibū nō dicimus cōmisceri corpi cibato:qꝛ tale corpus manet:cibus aūt corrūpit. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Neqꝫ figurā cere mixtā neqꝫ figure tumoreꝫ neqꝫ corpus ⁊ albuꝫ: neqꝫ totalr passiones ⁊ habitus posse esse mixta rebus.saluata enim videntur.

❡ Separat mixtionē ab alteratione.ad alterationē enī ꝯcurrunt accidens ⁊ subm.ondere ergo mixtionē ab alteratione differre est ondere accñs ⁊ subm non esse miscibilia.tria autem facit.nam pmo ondit accñs non misceri subo.scđo ondit ꝙ accñs non miscet accidenti.tertio ex his q̄ dixerat increpat opiniones quorundam philosophantium.scđa ibi.(Sed tamē nec album.) Tertia ibi.(Sꝫ hoc dicunt.) Dicit ergo ꝙ non dicimus figuram cere mixtam nec figure tumorem.idest quantitatem cere.q̄si dicat. ꝙ figura ⁊ cera non sunt miscibilia quātuꝫ ad artificialia:nec corpus ⁊ album misceri pñt:q̄ꝫtū ad nālia. ⁊ totaliter:idest vlr passiōes ⁊ habitus:siue sint nāles.vt albedo corpori:siue artificiales:vt figura cere nō conuenit esse mixta rebus:idest substantijs suis. ⁊ ē rō qꝛ talia saluata esse vident.nam passio manet passio ⁊ subm manet subm miscibilia aūt non manent actu in mixto. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Sed tñ neqꝫ albū ⁊ disciplinā ꝯtingit misceri:neqꝫ aliđ nō sepabiliū aliquod.

❡ Ondit passiones nō esse miscibiles adinuicem.d.ꝙ si nō ꝯuenit silr misceri disciplinam ⁊ albū:nec aliqđ aliđ de nūero nō sepabiliū: q̄si dicat.miscibilia pñt hre p se esse: ⁊ sunt sepabilia.accñtia non sunt hmōi: iō misceri non pñt. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Sed de hoc dicunt qdem non bñ oia q̄nqꝫ silr esse dicunt ⁊ mixta esse.non eniꝫ omne omni miscibile.sed oportet existere sepabile vtrūqꝫ mixtorum.passionuꝫ autem nulla separabilis.

❡ Increpat ex hoc opinionē quorundam antiquoꝝ.d. ꝙ non bene dicunt quidam oia aliquādo simul fuisse mixta.non enim omne omni est miscibile: sed opꝫ existere separabile vtrunqꝫ mixtorum.passionum autem nulla Nōndū
est separabilis. ❡ Notandū aūt ꝙ videt fuisse opinio Anaxagore omnia fuisse mixta: vt pꝫ ex primo physi-

D D v

corum. ¶ Deinde cum dicit.

t.c.84. ¶ Qm̃ autem sunt hec q̃dem põ hec aũt actu entium. cõtingit mixta esse q̃liter ⁊ nõ esse actu q̃dem ente aliquo gñato ex ipsis. potentia aũt adhuc vtrõqꝫ q̃d erãt añquã miscerentur ⁊ non partita. hic autem sermo quesiuit prius.

¶ Ex dñia mixtionis ad alia soluit obiectiones factas. nam dicte obiectiones q̃rũt quõ miscibilia maneãt ⁊ sint in mixto: h̃ aũt non manent vt penitus corrupto: cũ mixtio differat a gñatione ⁊ corruptiõe: nec manent vt saluata: cũ differat mixtio ab alteratione: q: non manẽt miscibilia saluata vt manent albedo ⁊ corpus. cum g̃ querit̃ nuꝫ est mixtio: aut nuꝫ manent ambo miscibilia aut neutra: aut alterum dici dꝫ ꝙ ambo manent põ ⁊ v̄tute: neutrum autẽ manet actu ⁊ scd̃m esse. Duo g̃ facit phs: q: p̄mo ostendit quomodo miscibilia manent: ⁊ quomodo nõ manent. scd̃o quod dixerat manifestat ibi. (Uidentur enim que miscentur.) Dicit ergo ꝙ entium hec quidem sunt potentia hec autem actu. mixta vt sunt in mixto conuenit qualiter esse: quia sunt potentia: conuenit autem qualiter non esse: quia non sunt actu. nam actu aliquid est generatum ex ipsis. mixtum ergo est in actu quod generatur ex miscibilibus: non autem ipsa miscibilia sunt: sed potentia: quia ad hoc vtrũque miscibilium sunt potentia vt redeant ad nãm suaꝫ: ⁊ non sint que erant antequã miscerentur: ⁊ cuꝫ erant partita: idest diuisa ⁊ addit ꝙ hic sermo quesiuit p̄us. idest fuit primo quesitus. obiectiones enim prius facte solum h̃ q̃rebant. s. quomodo miscibilia sunt in mixto.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Uident̃ enim q̃ miscentur p̄us ex separatis ꝯuenientia ⁊ possibilia separi rursus. neqꝫ manent igr̃ actu vt corpus ⁊ albũ neqꝫ corrumpunt̃. neqꝫ alterum neqꝫ ambo. saluat̃ enim v̄tus eorum: iõ hec q̃dem relinquantur.

¶ Manifestat qd̃ dixerat: videlicet ꝙ micibilia nõ manent actu: sed potentia dicens. ꝙ que miscentur ex p̄us separatis fiũt conuenientia: ⁊ possibilia sunt separari rursum igitur miscibilia non manent actu vt corpus ⁊ album: q: tunc ex eis non fieret aliq̃d vnum: nec corrũpitur supple omnino: neqꝫ alterum neqꝫ ambo. manẽt enim virtute ⁊ potentia. saluatur enim virtus eorum: ⁊ quia de his: videlꝫ vtrũ sit dare mixtionem sufficienter dictum est: ideo hec relinquantur.

T.c.85 COntinuam aũt his questionẽ dicenduꝫ vtrũ ne mixtio ad sensuꝫ est: vt qñ ita in parua diuiduntur que miscentur ⁊ ponuntur adinuicẽ hoc modo vt non manifestum sit sensui vnuꝫ quodqꝫ tunc mixta sunt.

¶ Postquã phs venatus ẽ vtrum sit possibilis mixtio. In parte ista venatur quomodo contingat mixtionem fieri. ⁊ duo facit: q: primo ponit opinionẽ aliorum. secundo opinionem propriam ibi. (Sunt vtiqꝫ vt diximus.) Circa primum duo facit. quia primo ponit aliorum opiniones. secundo eas improbat ibi. (Quoniam autem non est.) Ad euidẽtiam autem dicendorum no-

T.cõ. 87.

Nõndũ

tandum oẽs antiquos in hoc defecisse: q: non ponebãt mixtionem fieri per mutuã transmutationẽ. ita ꝙ ex miscibilibus resultaret natura vna cõmunis ⁊ media. sed ponebant mixtionẽ fieri eo ꝙ minimũ vnius ponebat̃ iuxta minimũ alterius. sꝫ mimũ tripl̄r sumi põt: vꝫ secũdum subm̃ secundum formam: ⁊ secundum quantitatem. Prima g̃ pars diuidit̃ in tres partes: q: primo ponit opinionem ponentiũ mixtionẽ quãtũ ad mima scd̃m subm̃. scd̃o q̃tum ad mima scd̃m formam. tertio q̃tum ad mima scd̃m q̃titatem. scd̃a ibi. (Aut non sunt.) Tertia ibi. (Si aũt est oẽ.) Cõtinuet̃ sic. ostensum est: an sit mixtio. Sed dicẽdũ est vlterius continuaꝫ q̃õnẽ his q̃ dicta sunt. vꝫ quomõ mixtio est: vtrũ ne ẽ mixtio ad sensuꝫ vt dicamus ꝙ tunc miscibilia mixta sunt qñ miscentur in ita parua q̃ diuiduntur ⁊ ponunt̃ hoc mõ adinuicem vt vnumq̃dqꝫ miscibilium non sit manifestum sensui: ita ꝙ sit mixtio quantum ad minima scd̃m sensum.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Aut nõ sunt sed vt quecũqꝫ secus quãcunqꝫ sit particulam mixtorum dicitur illo modo. verbi gratia. ordeum mixtuꝫ frumento quando quodcunqꝫ secus qd̃cunque ponetur.

¶ Ponit scd̃aꝫ opionẽ q̃ ponebat mixtionẽ q̃tũ ad minima scd̃m formã. d. aut non sunt supple mixta quantũ ad minima scd̃m sensum. sꝫ cum q̃cunqꝫ p̄ticula supple scd̃m formã sit secus quãcũqꝫ p̄ticulã: mixtoꝝ illo mõ dr̃ mixtio v̄bi gratia. ordeum est mixtũ frumento q̃ñqꝫ granũ ordei ponetur secus qd̃cũqꝫ granum frumenti.

¶ Notandũ aũt ꝙ vnũ granum ordei vel frumenti nõ est minimum scd̃m sensum: q: possumus sentire minus vno tali grano: nec est mimũ scd̃m quãtitatem: q: q̃dlꝫ tale granũ quãtitate est diuisibile in sp̄ diuisibilia si est minimum scd̃m formaꝫ: q: diuiso vno grano frumenti non vlterius vr̃ ibi reseruari talis species: ideo de minimo secundum formam videtur hanc opinionem intelligendam esse. ¶ Deinde cum dicit. Nõndum

¶ Si autem est omne corpus diuisibile si est corpus corpori miscibile homiomeres quamcunqꝫ vtiqꝫ opꝫ partem fieri secus quamcunqꝫ.

¶ Ponit tertiã opinionẽ q̃ dicit: ꝙ si corpus est diuisibile oẽ idest totalr̄: ⁊ corpus est miscibile corp̄i homiomeres: idest scd̃m vnam ⁊ eandeꝫ rõnem in toto ⁊ in p̄tibus: oꝫ q̃dcunqꝫ: idest partẽ quãcunqꝫ minimam scd̃ꝫ q̃ntitatẽ fieri secus quãcũqꝫ p̄tem: ita vt sit mixtio totaliter: ⁊ scd̃m mimam q̃titatem. ¶ Deinde cũ. d.

¶ Quoniaꝫ autem non est in minima diuidi. Neque compositio idem ⁊ mixtio sed aliud. manifestum ꝙ neque secundũ parua saluata oportet que miscentur dicere mixta esse. cõpositio enim erit ⁊ nõ praxis neqꝫ mixtio. T.cõ. 86.

¶ Improbat p̄dictas opiniones: ⁊ tria facit: q: p̄mo improbat scd̃am. scd̃o improbat primam. tertio improbat tertiam. secunda ibi. (Si autem secundum parua.) tertia ibi. (Neqꝫ diuisiõe.) P̄ria ps diuidit̃ i duas scd̃ꝫ ꝙ dupl̄r improbat. secunda ibi. (Neqꝫ habebit.) Dicit ergo quoniam autem non est diuidi in minima supple secunduꝫ formam vt compositio talium sit mixtio: quia

neq3 idē est compositio τ mixtio: sed aliud ꝙ ꝓ q̄2
neq3 q̄ miscent̄ s3 parua saluata.i.s̄m minima in qbus
saluatur forma τ species.talia.n.non ꝯtingit dicere es-
se mixta: erit.n.ibi compositio τ non p̄xatio.i. opera-
tio τ transmutatio: τ p ꝯñs mixtio.est ergo vis rõnis:
ꝙ q̄ntum ad minima s3 formam nõ est mixtio: q̄2 talia
manent intransmutata scd̄m suam speciem τ saluata.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Neq3 habebit eādē rõnē cū toto ps.
dicimus aūt oportere si mixtū est aliqd.
mixtū homiomeres esse. vt quēadmo-
dū aque pars aqua ita τ temperati.

¶ Ponit scd̄a3 rõnē.nā si sic esset mixtio:pars non ha-
beret eandē rõnē cu3 toto:q̄2 non quelibet pars. mixti
esset mixta.dicimus tamen ꝯ oportere si mixtu3 est ali
ud.oportet eni3 mixtū esse homiomeres.i.eiusdem ra-
tionis in toto τ in partibus:vt quēadmodū q̄libet ps
aque est aq̄:ita τ quelibet pars tēperati.i.mixti d3 esse
mixta.non ergo est mixtio quātum ad minima secun-
dum formam:q̄2 ibi esset signare partem non mixta3.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Si āt s3 parua cōpositio esset mixtio
τ nihil ꝯtingeret hoꝝ:sed solū ꝙ mixta
ad sensum τ idem huic quidem mixtu3
si non videt quis acute: lynceo autē nō
mixtum videbitur.

¶ Improbat opinionē p̄mā ponentē mixtionē quantū
ad minima s̄m sensum dicens: ꝙ si fiat mixtio.s. parua
quantū ad sensum:mixtio esset idem ꝙ compositio: τ
hoc posito nihil ꝯtingeret hoꝝ que requiruntur ad mix-
tionē:s3 solū diceremus ꝙ mixta essent ad sensum. In
mixtione.n.requiritur ꝙ quelibet pars mixti sit mix-
ta: τ ꝙ miscibilia non maneant actu:manerent.n. mi-
scibilia: τ nō q̄libet pars mixti mixta esset:sed si fieret
mixtio ad sensum nihil hoꝝ eēt: τ vlterius est incōue-
niens hoc dicere:q̄2 idē huic esset mixtum si non vide-
ret acute. lynceo autē qui acute videt:non videbit̄ mix
tum:q̄2 non latebit visum eius:qd̄ potest latere visum
alterius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neq3 diuisione vt quecūq3 secus quā
cūq3 pars.īpossibile eni3 ita diuidi. aut
igit̄ nō erit mixtio aut dicendū est hoc
quomodo ꝯtingit fieri rursus.

¶ Improbat opinionē de minimo s3 q̄titatē dicēs : ꝙ
neq3 diuisione q̄titatiua supple contingit mixtionem
fieri:vt q̄cūq3 pars sit secus quācūq3 partē: nā impossi
bile est ita diuidi corpus.s.in minima s̄m q̄titate3:aut
igit̄ non erit mixtio:aut dicendum est rursus s3 opinio
nem propriam.quō contingit fieri hoc.i.fieri mixtum.
¶ Deinde cum dicit.

T.cõ. 87. ¶ Sūt vtiq3 vt diximus entiū : hec qdē
actiua:hec āt passiua ab his.hec igit̄ cō
uertunt̄ quoꝝ eadē mā est actiua τ pas-
siua adiuicē.hec aūt faciūt impassibilia
entia quoꝝ non est eadem materia.

¶ Ostēdit quō fit mixtio s3 opinionē ꝓpriā. τ duo facit:
q̄2 primo premittit quedā necessaria ad propositū.scd̄o
T.cõ. 88. ostēdit quomodo fiat mixtio:ibi.(Actiuorum aūt τ pas-
siuoꝝ.)Circa primū duo facit s̄m ꝙ duo talia p̄mittit.
secunda ibi.(Horum quidem igitur.)Dicit ergo: ꝙ vt
prius diximus q̄dā entiū sunt actiua τ passiua ab his
idest ad seinuicem.q̄da3 non. τ addit ꝙ conuertuntur.
q̄2 quoꝝ est eadem materia sunt actiua τ passiua adin
uicem τ econuerso: τ que faciunt τ agūt impassibilia
entia.non ergo est eadem materia τ econuerso. ¶ De
inde cum dicit.

¶ Horꝝ quidē igit̄ nō est mixtio.ideoq3
neq3 medicina facit sanitatem:neq3 sani
tas est mixta corporibus.

¶ Ponit preambulum dicens: ꝙ hoꝝ non habentium
eandem materiam nō est mixtio.iō medicina idest ars
medicine non facit sanitatē supple miscendo se ei: neq3
sanitas est mixta corporibus. ¶ Notandum autem ꝙ Nōndū
ars medicine non communicat in materia cum sanita-
te:q̄2 talis ars est in anima.sanitas vō in corpore. Rur
sum sanitas non communicat in materia cum corpori-
bus:quia corpora habent materiam ex qua.sanitas ve
ro τ omnia accidentia nō hn̄t mām ex qua:sed in qua.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Actiuoꝝ aūt τ passiuoꝝ quecūq3 sunt T.cõ.
facile diuisibilia multa quide3 paucis τ 88.
magna paruis cōposita nō faciūt mix-
tionē:s3 augmentationē dominātis:trā
mutat̄ enim alteꝝ in dominans:iō gut-
ta vini mille milljs amphoris aque non
miscet̄.soluit̄ enim species τ trāsmutat̄
in omnem aquam.

¶ Postq̄3 ostēdit ꝙ cōmunicātia in materia sunt adinui
cem impassibilia τ miscibilia.non cōmunicantia vero
nec agunt passa:nec miscentur adinuice3. In parte ista
ex his preambulis ostendit quomō fiat mixtio. τ duo
facit:quia primo ostendit quomodo non contingit fieri
mixtionem.secundo vero quomodo contingit ea3 fie-
ri.secunda ibi.(Quando autem potentijs.)Dicit ergo T.cõ.
ꝙ quecūq3 de numero actiuorum τ passiuorum adin- 89.
uice3 cōmunicantia in materia sunt facile diuisibilia si
in talibus multa misceant̄ paucis τ magna paruis : si
cōposita non faciunt mixtionem: sed augmentatione3
dominantis:vincunt enim magna τ non miscentur cū
paruis:sed augmentantur ex eis:transmutatur eni3 al-
terum.idest paruum in dominans.i.magnu3 τ multū:
iō si gutta vini ponat̄ in mille milljs amphoris aque
non miscetur:idest non est ibi mixtio.soluitur eni3 spe-
cies vini τ transmutatur.i. conuertitur in omne3: idest
in totam aquam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quādo aūt potentijs adequant̄ equa T.cõ.
liter tūc transmutat̄ vtrūq3 in dominās 89.
ex sui ipsius natura:non generatur eni3
alterum sed medium commune.

¶ Ostendit quō fit mixtio dicens: ꝙ qn̄ miscibilia ade-
quant̄ equal̄r.i.aliqualiter potentijs : tunc vtrunq3 ex
natura sui ipsius trāsmutatur in dominans.i. trāsmuta
tur in naturam mediam que dominatur in mixtione:
ideo addit ꝙ non generat̄ ibi alteꝝ miscibilium: ita ꝙ
vnū totaliter dominet̄ τ conuertat alteꝝ ad nā3 sua3:
sed generatur ibi medium cōmune.i.aliqua natura me
dia in qua non actu τ secundum esse:s3 potentia τ vir
tute reseruatur vtrunq3 miscibilium. Cum ergo queri-
tur quō fit mixtio debet dici ꝙ fit miscibilium commu-

nicantium

nicantium in materia. ⁊ actiuis ⁊ passiuis adinuicem adequatis aliqualiter in potentia ⁊ virtute.

MAnifestum igit quoniam hec sunt miscibilia quecũq₃ contrarietatem habent facientiũ: hec sunt enim adinuicem passiua.

¶ Postq̃ phs ondit quo ꝯtingit mixtionẽ fieri. In parte ista soluit alia q̃sita quoꝝ veritas dependet ex declaratione hoꝝ. ⁊ tria facit ſm q₃ tria sunt talia quesita. Nã pmo ostendit que sunt miscibilia. Secũdo declarat qbus ⁊ qualibus entibus existit mixtio: siue qualia sunt miscibilia. Tertio manifestat qd est mixtio. secũda T.c.90 ibi. (Et parua aũt paruis.) Tertia ibi. (Mixtio ãt miscibiliũ.) Ondit ergo pmo que sunt miscibilia dicens: manifestũ esse q₃ miscibilia sunt quecunq₃ de numero facientiũ. i. agentiũ. habent ꝯrietatem: ⁊ est ratio: qꝛ talia sunt passiua adinuicẽ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et parua aũt paruis posita secus magis. facilius. n. inuicẽ transeũt: multũ ãt a mlto tardius hoc opaẽ: ideo ⁊ bene determinabilia diuisibiliũ ⁊ passiuoꝝ miscibilia: diuidũẽ. n. hec in pua facilius: hoc . n. est bene determinabile esse: v. gratia: hũida miscibilia maxie corpoꝝ: hñ determinabile. n. maxie humidũ diuisibiliu₃: si nõ viscosu₃ sit. etenī₃ vtiq₃ amplioreʒ ⁊ maiorẽ solum tumorem faciunt.

¶ Ondit q̃lia sunt bene miscibilia. Siue qbus ⁊ qualibus entibus existat mixtio. ⁊ duo facit: qꝛ pmo ondit q̃lia sunt bene miscibilia. Scdo declat qualia non sunt bene miscibilia: ibi. (Quñ aũt alteꝝ solũ.) Dicit g̃ q₃ parua posita secus paruis magis sunt miscibilia: ⁊ est rõ: qꝛ facilius inicẽ trãseũt idest facilius se trãsmutant: s₃ multũ a multo tardius h̃ opaẽ. i. tardius trãsmutatur. Jõ bene determinabilia: idest humida q̃ bene terminãtur termino alieno: qꝛ talia sunt de numero diuisibiliũ ⁊ passiuoꝝ. Jõ sunt bene miscibilia: ⁊ est rõ: qꝛ hec facilius diuidunẽ in pua. Nã hoc est esse bene determinabile termino alieno q₃ est in pua diuisibile: ⁊ tale est bene miscibile ⁊ expõit se dicẽs. v. g. humida de numero corpoꝝ sunt maxime miscibilia. Nã humidũ est maxime determinabile: ⁊ maxie de numero miscibilioꝝ. Ita tñ q₃ si tale humidũ nõ sit viscosu₃ Unctuosa eni₃ nõ bene miscenẽ humidis: vnde oleũ non bñ miscetur aque: s₃ supnatat ei. ⁊ oleũ cũ aqua nõ facit mixtioneʒ sed solũ facit ampliorẽ ⁊ maioreʒ tumorẽ. i. ampliorẽ: ⁊ maiorẽ q̃ntitatẽ: qꝛ plus occupat de loco humidu₃ ⁊ vnctuosu₃ q̃₃ hũidũ solũ: ⁊ maiorẽ obtinet locũ: oleũ ⁊ Nõndũ aq̃ simul q̃₃ aq̃ solũ. ¶ Notandũ aũt q₃ oleũ ⁊ alia vnctuosa non bene miscenẽ aque ⁊ alijs corporibus humidis triplici rõne. pma est: qꝛ in vnctuosis supabũdat humiditas aerea. Jõ talia supnatãt aquis sicut ⁊ aer aquã excellit. Scda. qꝛ hmõi vnctuosa sũt valde viscosa. Jõ nõ sunt bene diuisibilia: qꝛ ptes eoꝝ nimis ꝯglutinanẽ adiuicẽ: ⁊ p ꝯñs nõ sũt bene miscibilia. Tertia qꝛ in hmõi vnctuosis videnẽ eẽ ampli pori. imo ꝓpter magnitudinẽ poroꝝ dicũt qdã se expertos esse q₃ si ponaẽ digitus in oleo bulienti: ⁊ cito extrahaẽ: ide lesurã nõ patiẽ. Cum g̃ in magnis poris sit receptio multi aeris: qꝛ aer nãlr supernatat aque: oleum sup aquã natat. videmus aũt q₃ de plumbo potest vas cõfici quod propter inclusionem aeris supernatat aquis. credo tñ q₃ lixiuiũ oleo miscibile esset: qꝛ propter sui siccitatem euaporare faceret partes aereas. ꝓpter quod oleu₃ cu₃ lixiuio mixtionẽ faceret: s₃ aque simplici oleum misceri non possit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quñ aũt alteꝝ solũ passiuũ erit: aut vehemẽter hoc: aũt valde parũ: aut nihil. amplius mixtũ ex ambobus: aut paꝝ: quod contingit circa stagnum ⁊ es.

¶ Ostendit que nõ sunt bene miscibilia: ⁊ duo facit: qꝛ primo facit qd dictum est. secũdo epilogat circa determinata: ibi. (Manifestũ igitur ex his.) Circa primum tria facit: qꝛ pmo proponit que non sunt bene miscibilia. secũdo qd dixerat manifestat per quoddam simile. tertio vtrum iter talia reseruetur aliqualis mixtio. secũda ibi. (Quedã₃. n. balbutiuntur.) tertia ibi. (Uidẽtur T.cõ. qualiter enim.) Dicit ergo. q₃ si alteꝝ miscibilium erit 90. solum passiuu₃: aut erit vehementer passiuum: h̃ auteʒ . i. aliud miscibile est valde parum passibile: tunc ex ambobus talibus aut nihil amplius. i. nihil plus erit mixtum: aut parum inter ea erit de mixtione: qd contingit esse stagnum ⁊ es. stagnum enim est valde passiuum: es autem est modicum passibile: ideo talia non sunt bene miscibilia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quedam enim balbutiuntur adinuicem ⁊ epãsoterizantur. T.cõ. 90.

¶ Manifestat quod dixerat p simile vt sicut quedã₃ vocabula ab aliquibus balbutiunẽ adiuicẽ: ita q₃ balbutientes vnã litterã bene ꝓferunt: aliã litterã nõ bene ꝓferunt: sed solum ſm quenda₃ modũ sonant eã ⁊ epãsoterizant. i. anticipant: vel sunt anticipantia: vt h₃ alia littera. balbutientes eni₃ anticipant litteras: qꝛ anteq̃₃ bene proferant pma₃: accipiunt secunda₃. Est ergo sententia phi: qꝛ sicut coniunguntẽ littere in ore balbutientis: qꝛ vna bene sonatur. alia autem quasi euanescit. sic coniungunẽ stagnu₃ ⁊ es: qꝛ stagnũ quasi euanescit es aũt manet. ⁊ qd dictum est de stagno ⁊ ere: intelligendũ est de qbuslibet miscibilibus. quoꝝ vnũ est multu₃ passiuum. aliud aũt paru₃. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uidẽẽ. n. q̃liter ⁊ mixta remisse: etenĩ alteꝝ qdẽ susceptibile: alteꝝ aũt species q₃ in ipsis ꝯtingit: stagnũ. n. vt passio aliqua eris: sine materia eris: fere euanescit mixtum omne colorans. solum ideʒ autem hoc contingit ⁊ in alijs.

¶ Ostendit vtꝝ iter talia sit aliqua mixtio dicẽs: q₃ videnẽ qualiter. i. aliqualiter mixta supple esse talia: sed remisse: qꝛ alteꝝ in talibus est q̃si susceptibile ⁊ subiectũ. alteꝝ aũt est species ⁊ passio: quod contingit in ipsis metallis preassignatis. stagnum. n. mixtũ eri efficitur quasi ens aliqua passio eris: ⁊ efficiẽ quasi sine materia: qꝛ modicũ remanet ibi de substantia stagni. mixtũ auteʒ stagnũ eri pene euanescit totũ. i. totũ stagnu₃. solum autem vr̃ esse colorans es. ⁊ dicit pene: qꝛ non euanescit tota suba stagni nec euaporat penitus materia eius: s₃ exquo remanet colorans es iter poros eris aliqd remanet de substantia stagni. hoc autem ideʒ qd dictum est in stagno ⁊ ere ꝯtingit ⁊ in alijs si se habeant: sicut stagnũ ⁊ es: q₃ vnũ sit multũ passiuum. aliud aũt parum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifestũ

¶ Manifestū igit̄ ex his q̄ dicta sunt ꝙ
est mixtio: ⁊ qd ē mixtio: ⁊ q̄re ē: ⁊ q̄ sūt
miscibilia entiū: qm̄ sunt q̄dā q̄lia passi-
ua adiuicē ⁊ bene determinabilia ⁊ be-
ne diuisibilia: hec.n. neqꝫ corrupta eē ne
cessariū quando mixta: neqꝫ adhuc sim-
pliciter eadē esse q̄ p̄us: neqꝫ cōpositio-
nē esse mixtionē eoꝝ neqꝫ ad sensuꝫ: sꝫ
est miscibile q̄ocunqꝫ hn̄ determinabile
ens passiuū fuerit ⁊ actiuū: ⁊ tali miscibi
le est: ad homiomeron eniꝫ miscibile.

¶ Epilogat circa determinata dicēs manifestū esse ex
his q̄ dicta sunt: ꝙ est mixtio: ⁊ quid est mixtio: ⁊ qua
re.i. q̄uo est mixtio: ⁊ que de numero entiū sunt misci-
bilia: qm̄ sunt ea q̄ sunt q̄daꝫ qualia.i. ꝯria passibilia
adiuicē ⁊ bene determinabilia sicut sunt humida ⁊ be
ne diuisibilia sicut sunt non vnctuosa nec viscosa: ⁊ ma
nifestū est necessariū: ꝙ h.s. miscibilia qn̄ sunt mixta.
nec eē corrupta simplr̄: neqꝫ ad hec simplr̄ esse eadeꝫ.
eadē dico ꝙ p̄us: qꝛ non manent in actu ſm esse: etiam
manifestū est mixtionē non esse compositionem: neqꝫ
esse ad sensuꝫ tm̄: sꝫ vt dictū est miscibile est quodcūqꝫ
bene determinabile: qd̄ est simul passiuū ⁊ actiuū: ⁊
dcm̄ est nō q̄dlibet esse miscibile cuilibet: sꝫ esse miscibi
le tali qd̄ est ei aliquo modo equatuꝫ in potētia ⁊ vir-
tute ⁊ habitū est ꝙ miscibile ⁊ qd̄ ipꝫ mixtū est homi-
omeꝝ.i. est eiusdem rōnis in toto ⁊ in p̄tibus: ⁊ q̄libet
pars mixti est mixta. ¶ Ultimo cum dicit.

¶ Mixtio āt ē miscibiliū alt̄atoꝝ vnio.

¶ Ex p̄dictis determinat hanc q̄ōneꝫ quid est mixtio
q̄ in enumerādo quesita fuit p̄mo ꝓposita: ⁊ ait ꝙ mix
Nōn- tio est vnio miscibiliū alteratoꝝ. ¶ Ad cuius eviden-
dum tiā notādū ꝙ sicut manēt miscibilia in mixto sic vniūt
in eo: nō aūt formalr̄ ⁊ in actu manēt ſꝫ subaꝫ: sꝫ ma-
nēt ſꝫ virtutē: saluat̄.n. virtus eoꝝ qꝛ manēt ſꝫ q̄lita-
tes actiuas ⁊ passiuas: mixtū.n. pōt esse actu fridū vel
actu calꝫ: nūq̄ꝫ tm̄ est actu ignis vel actu aqua: formalr̄
ḡ ⁊ in actu q̄litates p̄me reseruant̄ aliquo mō in mix-
to: sed formalr̄ ⁊ in actu forme subales elementoꝝ in
mixto reseruari nō p̄nt: qꝛ tūc mixtū nō esset essentialr̄
aliqd̄ vnū: ⁊ q̄libꝫ pars mixti nō esset mixta: verū autē
tales forme aliquo mō reseruent̄ in mixto dicet̄ in de-
clarationibus: ⁊ etiā hoc tāget̄ in 2° libro in illo cap°. De
T.cō. elementis āt ex q̄bus corpora ꝯstituta sunt. Nulli eniꝫ
46. dubium esse dꝫ. ꝙ magis formalr̄ ⁊ in actu sunt q̄lita-
tes p̄me in mixto q̄ꝫ forme elementoꝝ: imo dicere pos
sumus ꝙ oēs q̄litates p̄me reseruant̄ in quolibꝫ mix-
to: uā mixtū qꝛ nec hꝫ humiditatem nec siccitatem ſm
excellentiam ⁊ in summo: sꝫ hꝫ tales q̄litates fractas
⁊ remissas aliqd ꝑticipat de humido ⁊ sicco: sic ēt qꝛ
nec hꝫ frigiditatē nec calitateꝫ: ſꝫ excellētiā aliqd par-
ticipat de calō ⁊ frigido: si ergo miscibilia nō manent
ſm subam: qꝛ gn̄atio ⁊ corruptio respiciūt ipsam sub-
stantiā: mixtio non est ꝓprie vnio miscibiliū generato-
rum nec corruptoꝝ: imo dicere mixtionē esse vnionem
miscibiliū corruptoꝝ ē dicere oppositū in adiecto. cor-
rupta.n. ſꝫ ꝙ hm̄ōi non manent: cum igitur mixtio nō
sit vnio miscibiliū nisi vt manent ⁊ vt sunt in mixto cū
non sint in eo nec maneant vt sunt corrupta: nō est be-
ne dictū: ꝙ mixtio sit miscibilium corruptoꝝ vnio. ꝙ
aūt non sit mixtio vnio miscibilium generatoꝝ de leui
pꝫ: qꝛ ex mixtione nō gn̄ant̄ miscibilia: sꝫ gn̄at̄ aliquid
cōe vt ipsum mixtū. bona est ergo sentētia p̄hi ꝙ mix-
tio est miscibiliū alteratoꝝ vnio. nam cuꝫ alteratio re f.8.90.
spiciat virtutes ⁊ qualitates actiuas ⁊ passiuas: qꝛ ſm
talia vniunt̄ ⁊ manēt miscibilia in mixto. ideo ſm hoc
mixtio est vnio miscibiliū alteratoꝝ. dr̄ aūt vnio misci
biliū alteratoꝝ: nō tm̄ saluant̄ miscibilia i mixto ſꝫ vir
tutes excellentes ⁊ in summo: sed remisse ⁊ alterate:
ideo est miscibilium alteratorum vnio. In hac autē de Nōndū
claratione si est aliquid premissum forte suo loco sibi
supplebitur. ¶ Et in hoc termiatur summa p̄mi libri
de gn̄atione. Ideo ꝯiter scd̄m Aggrediamur. Tx.c.

DE mixtōe qdē igit̄: ⁊ tactu ⁊ de
facere ⁊ pati dictū ē q̄uo existāt
trāsmutātibus ſm nāꝫ. Ampli-
us aūt de gn̄atione ⁊ corruptione aliq̄:
⁊ simplr̄: ⁊ q̄uo est: et ꝓpter quā causaꝫ.
Silr̄ autem et de alteratione dictuꝫ est
quid est alterari: ⁊ quā hꝫ differentiam
eorum. Reliquuꝫ autem considerare cir
ca vocata elementa corporum.

¶ Postq̄ꝫ p̄hs determinat in p̄mo libro de gn̄atiōe ⁊
corruptiōe. In hoc scd̄o vt dicebat̄ determiat de nā ge
neratoꝝ ⁊ corruptoꝝ. Gn̄atio aūt ⁊ corruptio nālr̄ in
est rebus ꝑꝑ nām elementarē: q̄cquid.n. est nālr̄ gn̄a-
bile ⁊ corruptibile. vel est elm̄ vel elementatū. Naꝫ q̄
litates p̄me actiue ⁊ passiue sine q̄bus nō fit trāsmuta
tio ad formā ꝑ se: ⁊ p̄mo insunt elis. Cum ergo p̄hs in
hoc 2° libro determinet de gn̄atione eloꝝ ⁊ elatoꝝ in
q̄dā vl̄itate: ⁊ vt exigit libri mā. qꝛ talia sunt nālr̄ gn̄a
bilia ⁊ corruptibilia: determiat hic de nā gn̄atoꝝ ⁊
corruptoꝝ: qꝛ determinat de corporibus nālr̄ gn̄atis ⁊
corruptis. Possumus ergo sic ꝯtinuare hunc librū ad
p̄cedētē: qꝛ in libro determiauit p̄hs de gn̄atiōe ⁊ cor
ruptiōe. ⁊ de aliꝭs motibus simplicibus: ⁊ de mixtiōe
⁊ tactu: ⁊ actiōe ⁊ passiōe: que deseruiūt gn̄oni ⁊ cor-
ruptiōi: ⁊ corp̄ibus gn̄atis. In parte ista determiat de
ipsis corp̄ib⁹ nālr̄ gn̄atis ⁊ corruptis. Circa qd̄ tria fa
cit: qꝛ p̄mo ꝯtinuat dicta dn̄dis. scd̄o assignat rōnē eius
qd̄ dixerat. tertio exequit̄ de itento. 2° ibi. (Gn̄atio qdē
⁊ corruptio.) 3° ibi. (Hoꝝ aūt subiectā mām.) Dicit er- T.cō.2.
go ꝙ de mixtione ⁊ tactu: ⁊ de facere ⁊ pati dictum
est q̄uo existāt in trāsmutationibus ſm nāꝫ: ⁊ hoc quā
tū ad ea que deseruiūt tā gn̄ationi q̄ꝫ corporibus gn̄a-
tis. Amplius aūt dcm̄ est de gn̄atione ⁊ corruptione:
ꝓut hꝫ esse simplr̄: ⁊ ꝓut est aliq̄ ⁊ ſꝫ qd: ⁊ dictū est ꝓ
pter quā cām gn̄atio ⁊ corruptio sunt in rebus: silr̄ ēt
dcm̄ est de alteratione: ⁊ ēt supple de augmento: ⁊ di-
ctū est etiā qd est alterari: ⁊ quā dr̄iaꝫ hꝫ eoꝝ.i. dictū ē
q̄ est dr̄ia inter ea. Dictum est eniꝫ q̄uo alteratio ⁊ aug-
mentū ⁊ alia hm̄ōi differunt: ⁊ h̄ tractata sunt in p̄i-
mo libro. In hoc ergo scd̄o ē reliquū ꝯsiderare circa il-
la que sunt vocata ela de numero corpoꝝ. ¶ Notan-
dum autē dicta in p̄mo libro reduci ad tria.s. ad gn̄a- Nōndū
tionem ⁊ corruptionē ⁊ ad simplices motus: vt ad al-
terationē ⁊ augmentationem: ⁊ ad ea que seruiūt hu-
iusmodi transmutationibus. vꝫ. mixtioni ⁊ tactui. face
re ⁊ pati. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Generatio qdem ⁊ corruptio oibus
nā subsistentibus substantijs est nō sine
sensibilibus corporibus.

Assignat

¶ Assignat cāz dicti dicēs: ꝙ gñatio ⁊ corruptio oībus
exñtibus subtis .i. oībus gñabilibus: vt est nā siue sensi
bilibus corpibus siue eliis. cū ḡ p nāz eli insit nālr gña
tio ⁊ corruptio rebus: q: in h̄ 2° lib. intendimus de nā
gñatoꝝ ⁊ corruptoꝝ: dignū est vt ꝯsideremus de gña
tione coꝝ que vocant elā. ¶ Deinde cum dicit.

T.cō.2. ¶ Horꝝ aūt subiectā māz hi qdē esse in
qunt vnā: vtputa aerē ponētes: aut ignē
aut aliqđ mediū horuz aliqđ ⁊ corpus
ens separabile: hi aūt plura p numeruz
vno. Hi qdē ignez ⁊ terrā. Hi āt ⁊ hec
⁊ aerez tertiū: hi aūt ⁊ hec ⁊ aquā quar
tuz vt Empedocles: ex qbus cōgrega
tis ⁊ segregatis ⁊ alteratis ait ꝯtigere
gñationem ⁊ corruptionem rebus.

¶ Exeqt de itento: ⁊ duo facit: q: in p̄ ōndit quō gña
tio ⁊ corruptio inest nālr elis. 2° mōt. quō p ela inest nā
T.cō. liter elanis ibi. (De eliis āt ex qbus corpa ꝯstituta sūt.)
46. Ad euidētiā aūt p̄me ptis notādū ꝙ ela sunt nālr ge
Nōndū nerabilia ⁊ corruptibilia pp māz ⁊ pp ꝯrietates q̄ sūt
p̄ncipia eloꝝ: vt sunt transmutata adiuicē. Tria aūt fa
cit pbs: q: p̄ determiat de p̄ncipijs eloꝝ ẜ ꝙ sunt nā
liter gñabilia ⁊ trāsmutabilia adiuicē. 2°. ex hmōi p̄nci
pijs determinatis ōndit numeꝝ eloꝝ: ⁊ manifestat
T.c.16. quot sunt ela. 3°. determinat de nāli gñatōe ⁊ corruptio
T.c.24. ne ipsoꝝ eloꝝ. 2° ibi. (Qm̄ āt q̄tuor ela.) 3° ibi. (Qm̄
āt determinatū est p̄us.) In determinādo qdē de p̄nci
pijs eloꝝ: vt sūt nālr gñabilia ⁊ trāsmutabilia adiuī
T.c.6. cē. ēt duo facit: q: p̄ determiat de huius p̄n° mālī. 2° de
T.c.6. formali: ibi. (Determinatū āt est de his.) Pria po diui
dit in duas: q: p̄ determiat de p̄n° māli ẜ opinionē an
tiquoꝝ. scđo ẜ ppriā: ibi. (Nos āt dicimus.) Circa p̄
mū duo facit: q: p̄ narrat qd senserūt antiq de māli p̄n
T.c.4. cipio. scđo spālr descēdit ad opinionē plōnis: ibi. (Ut
T.cō.3. āt in timeo). Pria po diuidit i duas: q: p̄ narrat antiqꝝ
opiniones. 2°. exeqt de eis: ibi. (Qm̄ qdē igit.) Dicit ḡ.
ꝙ hi de numero hoꝝ antiquoꝝ inqunt esse vnā māꝫ
subtaz: ⁊ hāc subiectā māz sunt ponētes: puta aerē aut
ignē: aut aliqđ me^m hoꝝ iter aerē ⁊ ignē. qđ mediū di
cebat esse corpus ens sepabile a ꝯrietatibus. hi aūt ⁊
alij posuerūt plā p̄n° mālia q̄ vnū: ⁊ isti fuerūt diuisi:
q: qdā posuerūt duo: vt ignē ⁊ terrā. hi aūt. s. alij posue
rūt tria: q: posuerūt. h. s. ignē ⁊ terrā: ⁊ addiderūt ter
tiū. s. aerē. Alij āt posuerūt q̄tuor: q: posuerūt h. s. tria
predicta: ⁊ addiderunt quartā. vꝫ. aquā. vt Empedo
cles q posuit quattuor ela esse mālia p̄ncipia reꝝ: ex q
bus ꝯgregatis ⁊ alteratis dicebat ꝯtingere gñationez
⁊ corruptionem rebus. ¶ Deinde cum dicit.

T.cō.3. ¶ Qm̄ qdez igit p̄ma p̄ncipia ⁊ elemen
ta: bene hꝫ dicere: ꝙ sit ꝯfessuz ex qbus
transmutatis aut ẜ ꝯgregationem aut
segregationez vel ẜ aliā transmutatio
nē ꝯtigit gñationē esse ⁊ corruptionez.

¶ Exeqt de dictis opiniōibus: ⁊ duo facit: q: p̄ exeqt
de ponētibus plā mālia p̄n°. scđo de ponētibus vnuz ⁊
maxime de ponētibus illud esse mediū aliqđ ⁊ sepabi
le ibi. (Sꝫ faciētes vnā māz.) Exeqtur ḡ p̄mo de ponē
tibus plura mālia p̄ncipia cōmendādo eos quantum
ad aliqua: dicens ꝙ ponētes plura p̄ncipia mālia: ⁊ di
centes ea esse ela: bn̄ hn̄t dicere ꝙ sit ꝯfessum. i. id qđ
ꝯstat est bn̄ dcm̄. Cōfitebāt. n. ꝙ ex hmōi eliis trāsmu
tatis ẜ ꝯgregationē ⁊ segregationē: ꝙ ẜ aliā trāsmu
tationē ꝯtingebat gñationē eē: vel hmōi phi dicebant
ꝯfessa: q: saluabāt gñationē ⁊ corruptionē q̄ ad sensuꝫ Notā
ꝯfessa sunt. ¶ Notandū aūt hos phos male dixisse po dum
nēdo p̄a p̄ncipia mālia esse ela: sꝫ ex quo ponebāt esse
plura bn̄ dixerūt: q: ex trāsmutatione coꝝ saluabāt ge
nerationē ⁊ corruptionē in rebus: hos aūt phos hic nō
icrepat: q: p ea que dicta sūt in p̄ li. ⁊ dicetur in hoc 2°.
satis appꝫ: q: opꝫ esse vnā māz oīuz hn̄tiū trāsmutatio
nem ad seinuicem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sꝫ faciētes vnaz māꝫ extra p̄dicta:
hāc āt separabilem ⁊ corporeā peccāt: i
possibile. n. sine ꝯtrarietate eē corp° hoc
sensibile: aut. n. leue: aut graue: aut calꝫ:
aut frigidū necesse esse infinituz hoc qđ
quidam dicunt esse principium.

¶ Exeqtur de facientibus vnā māz ⁊ maxime de ponē
tibus eam separabilez icrepando eos dicens. ꝙ facien
tes vnam māꝫ extra predicta elementa: q: non pone
bant eam esse aliqđ elementorū: cum poneretur hanc
māꝫ corporeā ⁊ separabilē a ꝯrietate peccabāt: q: im
possibile est corpus aliqđ sensibile eē sine ꝯrietate: q:
aut leue aut graue: aut calm̄ aut fridū: necesse est ḡ ꝙ
ifinitū. i. hoc māle elementū: qđ dicunt p̄mū esse supple Nōn
cum ꝯrietate: ⁊ non esse separatū a ꝯrijs. ¶ Notādus dum
aūt ꝙ inter ceteros antiquos phos isti magis accesse
rūt ad nāꝫ māe. In fundamento enim nāe nihil est di
stictū: q: mā non est de se in actu aliquod ꝯrioꝝ: sꝫ est
in potētia ad vtrūqꝫ. Ergo eo ipso ꝙ elemētis insunt
q̄litates cōtrarie: ⁊ hi nō posuerunt māꝫ esse aliquod
elementoꝝ: sed posuerunt eam esse aliqđ medium iter
ea: vt separent ipsam a ꝯrietate: multum appropinqua
bant ad nāꝫ materie: deficiebāt tn̄ in duobus. Primo
q: mā q̄ntū est de se nō est aliqd in actu. quātūcūqꝫ ḡ di
cerent māꝫ esse medium iter elementa: ex quo dicebā
eam esse corpus dicebant ipsam esse aliqd in actu. Se
cūdo deficiebāt: q: lꝫ mā ẜ se non sit aliqd in actu. tn̄
ẜ esse qđ hꝫ in reꝝ nā loq̄ndo de mā hoꝝ trāsmutabi
lium nunqꝫ est sepabilis a ꝯrietate. peccabāt ergo isti:
tū q: ponebant māz esse corpus: tuz q: dicebāt eē actu
separabilem a ꝯrietate. ¶ Notandū ꝙ hic spāliter in Nōn
crepat hos phos ne aliqui crederent coꝝ opinionez eē dum
veram: eo ꝙ multum accedebant ad naturam materie.
¶ Notandū etiam hos posuisse māle p̄ncipiuz infini Nōn
tū. i. ideterminatum: q: ex quo ponebant ipsum separa dum
tū a ꝯrietate non dabant sibi spālez formā p quam de
terminaret: ⁊ in hoc male faciebant. Nam lꝫ materia
de se sit qd indeterminatum: tn̄ vt hꝫ esse: ⁊ vt existit in
rerum natura semper determinatur per aliquam for
mam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ut aūt in timeo scriptū est nullaz hꝫ T.cō.
determinationē: non. n. dixit manifeste 4.
isto ẽt redditur causa. quare aliqua facilr nutriuntur ⁊
aliq̃ difficilr. ¶ Tredecimũ ⁊ vltimũ dubiũ est: q̃ sit 13ᵐ dub.
causa q̃ quelibet pars mixti sit mixta: cũ ignis applica
tus alicui mixto resoluat vnã partem in cineres: aliam
in fumũ. aliã in flãmam. sicut cũ ignis applicat ligno.
Et vnius alterius mixti quãlibet parteꝫ resoluit in flã ℞
mã sicut cũ applicatur oleo. ¶ Rñdetur q̃ hoc est p
pter etherogeneitatem mixtionis illius ligni ⁊ homo
geneitatem mixtionis illius olei.

Ad rõnes pncipãles. ¶ Ad pma respõdeo ad pᵐ
⁊ dico q̃ pmo fit p iuxtapositio
nẽ: postea tamen per eaꝝ corruptionẽ: ⁊ tunc per idu
ctionem forme subalis mixti q̃libet pars mixti est mix
ta. ¶ Ad scõꝫ quãdo dr̃. vel mixta manerẽt ⁊c. dcm̃ ad 2ᵐ
est in alia questione. ¶ Ad tertiã dico q̃ ita bene for ad 3ᵐ
me mixtoꝝ generãtur successiue quo ad partes eorum
quãtitatiuas ⁊ nõ quo ad partes eoꝝ graduales. sicut
corrumpuntur forme elementoꝝ. ¶ Ad quartã cõsi ad 4ᵐ
mili modo rñdetur in alia questione. ¶ Ad quintã di ad 5ᵐ
co: q̃ imo multe remanent indiuise: ⁊ quando dr̃. ergo
est solum iuxtapositio. negatur ꝯña: q: cum ille partes
miscibilium ponuntur. fit actio ⁊ alteratio eaꝝ adinuicẽ
tãdiu q̃ quelibet eoꝝ ponuntur corrũpi: ⁊ generatur
vna forma mixti per quam quelibet pars mixti est mix
ta. Et hoc illius mixti quod dicitur mixtum per modum
termini ad quem.

Questio. xxi.

Queritur Utꝝ mixtio sit nãlis. Et itel
ligit de mixtione de q̃ Arist.
itellexit pmo huius. s. de mixtiõe ppe dicta:
cuius q̃libet pars dicitur mixta. ¶ Et ar pᵐ
guitur pmo q̃ nõ. q: mixtio eltoꝝ non potest esse si
ne ꝯgregatione

ne ꝯgregatiōe ipsoꝝ.ꝯgregatio aūt eītroꝝ est violēta.
pꝫ:q: ad h ꝙ el'a ꝯgregent opꝫ ꝙ aliq̈ eoꝝ q̄ sunt gra
uia ascēdāt:vel ꝙ leuia descēdāt:vel ꝙ sīl' grauia ascē-
2m dāt: ꝛ leuia descendāt.mō nullū illoꝝ pōt fieri sine vio
lētia. ℭ 2° q: siue talia maneāt i mixto formalr: siue ſꝫ
eoꝝ ꝟtutes: vr̄ ꝙ el'a detineant in mixto violēter : pꝑ
3m hoc ꝙ ꝟtutes eloꝝ reputāt esse simul: ꝛ est eis ita vio
lētū sicut formis subalibus elemētoꝝ. ℭ 3° arguit sic.
q̄dā mixtio est artificialis.ḡ nō ois mixtio est nālis: ex
eo ꝙ artificiale ꝛ nāle distin^t.añs pꝫ p alkimiā vbi ali
4m qua metalla miscent adiuicē.mō hmōi mixtio nō ē nā-
lis sed artificialis:q: p artē. ℭ 4° q: mixtio est q̄dam
5m gñatio ꝛ corruptio fm predicta:ſꝫ mō quedā est corru
ptio nālis ꝛ q̄dā vio^{la}.nō ḡ ois mixtio est nālis . ℭ 5°
mixtio est corruptio mixtibiliū:ſꝫ illa corruptio ē mix-
tionibus violēta ex eo ꝙ est ꝯ nālē iclinationē ipoꝝ:ꝑ
6m pter h ꝙ quodlibet ens nāle diligit se ꝑmanere. ḡ non
ois mixtio est nālis. ℭ 6° arguit sic.in mixtione est q̄-
dā diuisio cōtinui.mō silr diuisio ꝯtinui est violēta ex
7m eo ꝙ ꝯtinuū nālr ꝑus erat ꝯtinuū.ḡ vr̄ ꝙ mixtio non
possit fieri sine violētia:q: nō sine disione ꝯtinui. ℭ 7°
arguit sic.mixtio est quedā alteratio mixtibiliū succes-
8m siua:sed ois talis fit cū resi^o.ḡ in omni mixtiōe est resi-
stentia: ꝛ per ꝯñs violentia ꝛ incli^o ad oppositū. ℭ 8°
arguit sic.quedam sunt mixta:sicut sunt monstra q̄ nō
itenduntur a natura.ergo videtur ꝙ mixtio pro gene-
ratione talium mixtorum non sit naturalis.

In oppositū pꝫ ex dictis in aliīs questioni
bus ꝛc̄. ꝛ ēt in oppositū vide
a.t.c.83. vsq̃ i fi. tur esse Arist.ꝑmo huius.in quo determinat de mixtio
ne: ꝛ q: non itendit hic determinare nisi de trāsmuta-
tiōibus nālibus: videt ꝙ mixtio sit trāsmutatio nālis:
ꝛ cum in scientiīs demrātiuis idefinite capiantur pro
vl'ibus: videtur ꝙ ois mixtio sit naturalis.
ℭ In ista qōne.ꝑmo ponā aliquas distōnes . 2° conclu-
siones similes illis que dicte sunt in ꝑcedentibus.

ꝑ° distō Quātuꝫ ad ꝑmū sit ꝑma distō.ꝙ vno mō dicit
nāle q̄dā denominatione extrīseca. Et
isto mō dicimus aliquā sciaꝫ esse nālē:puta illā que est
2 de rebus nālibus. Scdō mō capit nāle ꝑut distinguit
ꝯ violentū: ꝛ isto mō dicimus descensum grauium esse
3 nālē: ꝛ ascensum ipsoꝝ esse violentū. Tertio mō capit
ꝑut distinguit ꝯ supernāle: ꝛ isto mō dicimus gñatio-
4 nē esse nālē.creationē vero nō:ſꝫ supnālē. Quarto mō
ꝑut distinguit ꝯ aiale . Et isto mō dicimus ꝙ q̄dā est
appetitus nālis.sicut est ille q fit sine cognitione : sicut
est appetitus grauis quo appetit dscēdere: ꝛ alius est
appetitus aialis:sicut ille q fit cū cognitiōe: ꝛ ille vt sic
nō dr̄ nālis sed aialis:sicut est appetitus quo aial appe
5 tit cibū cū mouet ad ipꝫ. Quīto mō nāle ꝑut distiguit
ꝯ casuale ꝛ monstruosum. Et isto mō dicimus mōstra
que fiunt ꝑter itentionē agentis particularis non esse
6 nālia. Sexto mō capit ꝑut distinguit ꝯ artificiale: sicut
T.c.ꝑ. 4.ꝛ.5. capit Arist.circa ꝑncipiū scdi physicoꝝ.adhuc nāle ali
quādo capit ꝑ ꝯueniente ꝛ ināle pro discōueniente : ꝛ
isto mō cibū aliquē vni dicimus esse nālē:q: ꝯuenientē
2° dist° ꝛ alteri dicimus esse innālem:q: discōuenietē. ℭ Alia
distō est.ꝙ violentū vno mō dr̄ qđ est ꝯ cōem cursum
nature.scdō mō:q: est ꝑter intentionē agentis vel iten-
tionē passi.hoc est iclinationē nālē:que qdem iclinatio
hꝫ aliquādo rōnē agentis.sic grauitas in descensu gra
uis:aliquādo aūt rōne passi ꝛ resistentie: sicut cū gra-
3° dist° ue ꝑiicit sursuꝫ. ℭ Tertia distō est ꝙ aliquādo aliquid
dr̄ artificiale vel volūtariū vel violentū respectu agen
tiū ꝑncipaliū:sicut dicimus ꝙ domus est res artificia-
lis vel ens non nālē.vel ꝙ motus seu ꝑiectio lapidis
sursum est violenta:vel voluntaria.alio mō aliqđ dicit
artificiale vel voluntariū vel violentū iproprīssime re
spectu agētiū appli^{ca}: ꝛ isto mō dicimus segetes ꝛ bla
da esse artificialia:q: icipiunt ab arte ꝛ cōplent per na
turā. ℭ Quarta distō est.ꝙ mixtio pōt capi : vno mō 4° di-stictio
pro alteratione precedente corruptionē miscibilium ꝛ
generationē forme subalis mixti:, ꝛ tunc est alteratio
successiua.alio mō pōt capi pro corruptione miscibiliū
ꝛ gñone forme substantialis mixti.

Quantū ad scđꝫ sit ꝑma ꝯclusio : ꝙ capiendo ꝑ° ꝯ
voluntariū siue violentū: qđ est ꝑter
cōmunē cursum nāe:quedā est mixtio violēta: ꝛ hoc i-
choatiue.pꝫ hoc de mixtione metalloꝝ.mixtio.n. me-
talloꝝ ichoatiue est ab arte:sed alteratio sequens illaꝫ
est nālis. ℭ Scđa ꝯclusio.capiēdo violentū: quod est 2° ꝯ
ꝯ nālem iclinationem passi: ꝛ mixtionē pro gñone for-
me mixti.nulla mixtio est violenta.pꝫ: q: talis mixtio
est gñatio:cuius subm est mā ꝑma.cui māe ꝑme nihil
est violentum:nec aliqđ ꝯ iclinationē ipsius naturalē. 3° ꝯ
ℭ Tertia ꝯcl'o est.ꝙ si mixtio capiat pro alteratiōe ꝑ
cedente gñationē forme mixti: ꝛ violentū capiat pro
illo qđ est ꝯ nālem iclinationeꝫ passi.dico ꝙ mixtio est
violenta.pꝫ hoc:q: talis est cū resi^a passi ad agens: ꝛ ta
lis mixtio seu alteratio: q̄uis sit violēta: ꝛ inālis ex ꝑ- dubiū
te passi:non tñ ex parte agentis . ℭ Sed.d. tu mixtio
capiēdo mixtionem pro gñone ꝛ introductione forme
mixti est terminus mixtionis.capiendo mixtionē ꝑ al
teratione ꝑcedente.sicut claꝝ est de se.ḡ si vna eaꝝ nō
est violenta:nec alia. ℭ Rūdet negādo ꝯñtiā. ꝛ rō h^o
est.q: subꝫ vnius est mā ꝑma:cui nihil est inale . subm
vero alterius est cōpositū ex mā ꝛ forma: ꝛ illi bñ ali-
qđ est innāle ꝛ ꝯ iclinationem eius nālem.finalr ergo
capiendo mixtionem pro itroductione forme mixti : ꝛ
violentum ꝑut violentū dr̄ qđ est ꝯ nālem iclinationē
passi:nulla mixtio est violenta:sed quelibet est natura-
lis:quamuis bene inchoatiue possit esse ab arte: ꝛ pro
alteratione preuia possit esse violenta.

Ad rōnes. ℭ Ad ꝑmā ꝯcedo mixtionē in- ad rō-nes
choatiue esse violentā nihilomi-
nus seq postea mixtionē nālē. ℭ Ad scđaꝫ. sic dicebat
ꝑus:nec forme eloꝝ detinent in mixto:nec q̄litates ip
soꝝ:sed in mixto bñ sunt q̄litates me^e.vna iter actiuas
ꝛ alia iter passiuas que sunt mixtiones nāles : ꝛ inā-
les: sic q̄litates eloꝝ sūt elemētis nāles. ℭ Ad tertiā
dico:ꝙ mixtio metalloꝝ bene ichoatiue est violēta ꝛ
artificialis:nihilominus postea seqt mixtio naturalis.
ℭ Ad q̄rtā q̄ntā sextā ꝛ septimā.pꝫ in expōne qōnis.
ℭ Ad octauā dico:ꝙ quāuis mōstra fiāt ꝑter itentio
nē nature agentis particularis:nō tñ nāe agentis vlis:
que est ꝑma causa.vñ respectu eius nihil dr̄ casuale vl'
for^{tuitum}:ex eo ꝙ oia que fiunt ab ea:fiunt cū ꝑscientia: ꝛ
nō ꝑter itentionem : ꝛ sic monstra adhuc possunt dici
entia nālia. Silr mixtio precedens gñationē ipsoꝝ dꝫ
dici nālis vel inālis:sicut mixtio precedens generatio-
nem mixtoꝝ non monstruosorum.
ℭ Et hec de primo libro de generatione ꝛ corruptione
dicta sufficiant. Questio. .i.

Circa secundum libꝝ . querit primo.
Utrum sint quattuor qualita-
tes ꝑme:nec plures:nec pauciores . ℭ Et ꝑm
arguit primo ꝙ solum sit vna: q: illud qđ
per superabundantiā dicit vni soli ꝯ^{ue}: sed
primum dicit per superabundantiam cum
sit suplatiui gradus:q̄re iter q̄litates vr̄ esse solum vna
ꝑma. ℭ Scđo videt ꝙ sint solum due:q: solū due acti
ue ꝛ solum due passiue : due actiue.s.caliditas ꝛ frigi-
ditas

3m ditas due passiue.s.humiditas et siccitas:sed actiue sunt
potes passiuis.g et c. ¶ Tertio qr si qualitates prime essent
quattuor:he essent iste.caliditas.frigiditas.humiditas.et sicci-
4m tas:sed hoc est falsum:qr lumen est vna qualitas prior ignis.g et c.
¶ 4° sicut se habet motus localis ad motum alterationis quo ad
prioritatem et posterioritatem.ita videtur se habere qualitates motiue
localiter ad qualitates alteratiuas:sed ita est q motus localis
est prior motu alterationis.est.n.causa motuum localium et alio
rum.sicut patet de motu locali celi.g videtur q qualitates motiue lo-
caliter q sunt grauitas et leuitas:sunt priores qualitatibus al-
T.c.6 teratiuis q sunt.caliditas.frigiditas.humiditas.et siccitas.

t.8. T.c.p **In oppositum** est Aris.scdo huius: et similiter.4.
metheo.vult.n.esse quattuor qua-
litates primas hic et ibi que sunt.caliditas.frigiditas.humi
ditas.et siccitas:et non plures nec pauciores.
¶ In ista questione.Primo ponende sunt alique distinctiones de
qualitatibus.Scdo ponende sunt conclusiones.

pm disti **Quantum** ad primum sciendum est q duplices dicun
tur qualitates.quedam sensibiles per se.sicut
caliditas frigiditas et c.et similiter odor et sapor et huiusmodi.quedam aut
dicuntur insensibiles.i.non sensibiles per se:quamuis forte per accidens.
2° dist° sicut est influentia celi.sicut sunt quedam subales virtutes la-
pidum et herbarum. ¶ Scda distinctio.qualitatum sensibilium: quedam
non consequuntur actionem qualitatum contrariarum actiuarum et passiua-
rum adinuicem:quedam vero has consequuntur.Exemplum primi.sicut est
influentia celi seu qualitates influxe nobis a superioribus.
3° dist° Exemplum scdi.sicut sunt virtutes et qualitates insensibiles la-
pidum preciosorum et herbarum. ¶ Tertia distinctio. qualitatum sensi
bilium.quedam sunt que non generantur ex actione que fit ratione contrietatis
proprie dicte:sed ex solo motu locali.sicut sunt iste qualitates sen
sibiles.figura sonus et huiusmodi.alie sunt que generantur ex actione
4° di- que fit ratione contrietatis proprie dicte.sicut sunt iste qualitates odor
stictio et sapor et huiusmodi. ¶ Quarta distinctio.qualitatum sensibilium: que-
dam sunt actiue actione corruptiua.sicut sunt caliditas frigidi-
tas et c.quedam vero non sunt actiue actione corruptiua.sicut albe
do.nigredo.color.sapor.et huiusmodi.Et notanter dico corru
5° dist°. ptiua:qr albedo et nigredo bene sunt actiue in visum: sed hoc
non est actione corruptiua: et cum abiectione pri.g. ¶ Quinta
distinctio.qualitatum sensibilium:quedam sunt tangibiles:quedam sunt sen
sibiles aliis sensibus a tactu.Exemplum primi.sicut sunt iste.
caliditas.frigiditas.humiditas.et siccitas.duricies.et molli-
cies.raritas.densitas.grauitas.et leuitas:et alie reduci-
biles ad istas.Exemplum scdi.sicut sunt.color.odor.sapor et c.
6° di- ¶ Sexta distinctio.qualitatum que consequuntur qualitates primas:quedam
stictio sunt que consequuntur eas simpliciter.sicut raritas et densitas. grauitas
et leuitas et c.vnde caliditatem consequuntur raritas et leuitas sim
pliciter sine commixtione illius cum aliqua qualitate sibi contraria.Exem-
plum scdi.sicut color odor sapor et c.iste.n.non consequuntur qua-
litates primas simpliciter:sed commixtione earum adinuicem.

Istis distinctionibus positis.primo videndum est
que qualitates de numero
p° c°. harum conueniant elementis.2° que qualitates sint actiue et que non.3° que
sunt per se et que non. ¶ Quantum ad primum sit prima conclusio.omnes
qualitates tangibiles que consequuntur primas simpliciter absque hoc q
agant adinuicem competunt elementis:non tamen omnes similiter: sed aliquibus
alique et aliis alie.patet hoc de raritate et densitate grauitate le
uitate: et huius ratio est.nam postquam elementis insunt qualitates con
trarie commixte adinuicem:tunc elementis insunt qualitates ille que conse-
quuntur qualitates ipsorum sine commixtione illarum qualitatum adi
2° c°. nuicem. ¶ Scda conclusio q elementis non insunt qualitates que consequuntur
qualitates primas non simpliciter.sed cum commixtione qualitatum primarum
adinuicem.patet.nam postquam in vnico elemento est commixtio qua-
litatum primarum contrariarum adinuicem et c.in nullo elemento est aliqua
Cor° qualitas sequens huiusmodi commixtionem. ¶ Ex hoc sequitur q in nul-
lo elemento si sit aliquod tale de quo intelligunt questiones ponen
de et posite:reperitur odor:nec color:nec sapor.Ulterius se

quitur q nulla aqua habens odorem vel saporem est purum elementum.
Ex hoc vlterius sequitur q aqua quanto plus caret colore et
sapore:tanto est propinquior puro elemento: et quanto magis habet de
his tanto est remotior. ¶ Sed.d.aliquis contra.nam si hoc esset ve Dubius
rum.sequitur q pura terra non posset videri quantumcumque obii-
ceretur oculo.consequentia tenet:qr non habet colorem nec lucem: cum terra
pura sit summe opaca:sed si deberet videri oporteret q
hoc esset vel ratione coloris vel ratione lucis.2° nam dicit Arist. 2
q aqua est alba.g videtur q elementis insit color.3° nisi elementis in- 3
esset color.sequitur q color posset generari absque hoc q ge-
neraretur ex colore sibi contrario.consequens probatur.nam sit aliqua materia sub
forma elementi.tunc per Commentatorem.in illa materia non est color: dein
de sit sub forma mixti.tunc statim in illa materia erit color:
et non erit generatus ex colore sibi contrario postquam illum colorem
nullus alius color immediate precessit.4° ad idem videtur q co- 4
lor sapor et huiusmodi non consequuntur commixtiones et proportio
nes qualitatum primarum adinuicem.nam si sic.sequitur q quam cito mu
taretur talis proportio:tam cito deberet mutari qualitas conse
quens: et sic quam cito aliquod corpus.puta paries vel aliquod
huiusmodi calefieret vel frigefieret deberet mutari eius co-
lor:hoc tamen est falsum.Et consequentia tenet: qr ita cito q paries
calefit vel frigefit mutatur proportio qualitatum primarum.

Ad ista respondetur.Ad primum de terra concedo q non videtur. ad pm
¶ Ad 2m quando Arist.dixit: q aqua est alba ad 2m
non intellexerit de aqua pura:sed de vno mixto saltem qualitati-
ue quod tendit et est propinquum puro elemento aque. ¶ Ad 3m ad 3m
concedo q non est impossibile colorem generari et non ex colore sibi con-
trario quando manet idem subiectum per se subsistens sub vtroque termino
transmutationis.sicut esset compositum ex materia et forma.sicut sit
in generatione mixti ex elementis quantum ad formas hoc non esset possibile
quando maneret idem subiectum in actu seu compositum ex materia et for-
ma sub vtroque termino transmutationis. ¶ Ad quartum est ad 4m
primo sciendum q iste qualitates color odor sapor et huiusmodi con
sequuntur proportionem qualitatum primarum adinuicem naturalem ipsi mix
to.2° sciendum est q huiusmodi proportio naturalis non variatur ad cuius-
cumque qualitatis extrinsece aduentum:immo aliquando qualitas ex
trinseca adueniens est ita remissa q non sufficit variare ta
lem proportionem naturalem:aliquando autem est ita intensa q sufficit.
Ex hoc ad argumentum dico q cum aliquod corpus mixtum fri-
gefit vel calefit ita intense q variatur proportio naturalis qualitatum
primarum in illo mixto.tunc etiam variantur color odor sapor illi
us mixti.vnde paries posset ita intense calefieri q mutaretur
eius color:quando vero qualitas adueniens est ita remissa q non
sufficit et c.non variantur qualitates consequentes huiusmodi proportionem:
et huiusmodi mixtionem talium qualitatum naturalem ipsius mixti. 3° c°
¶ Tertia conclusio.in elementis non inuenitur aliqua qua-
litas virtualis insensibilis.sicut est qualitas virtualis lapi
dis preciosi.patet:qr tales qualitates virtuales consequuntur
commixtiones qualitatum primarum.modo talis commixtio non
reperitur in elementis.ex hoc sequitur q elementa non conferunt
ad medicinam nisi quantum est ex parte suarum qualitatum
primarum que sunt caliditas frigiditas et c.

Quantum ad 2m sit prima conclusio.nulla qualitas p° c°
est agens principale.probatur:qr si sic.
tunc esset principale principium actiuum sui motus et actionis:vt T.c.28.
patet per diffinitionem datam scdo physicorum.sed q non sit na-
tura patet etiam ibidem:ex eo q omnis natura est substantia.
nulla autem qualitas est substantia. ¶ Secunda conclusio. 2° c°
nulla qualitas preter tangibiles est actiua. Et intelligo de
actione que fit cum contrietate: et que est corruptiua. patet:qr
album nigro iuxtapositum nigrum non dealbat: nec ni-
grum iuxtapositum albo album denigrat. ¶ Sed dicet Dubium
aliquis contra:sapor odor non sunt qualitates tangibiles: et
tamen aliquando inficiunt aerem.ergo videntur esse acti
ue. ¶ Respondeo.q hoc non faciunt nec odor:nec sapor: R
sed qualitates prime corporum habentium odorem et sa-

porem

porem. hec cōclusio dʒ intelligi de q̄litatibus sensibili-
bus. ¶ Tertia pclo. q̄dā alie q̄litates sensibiles sunt
3ª 2̄ actiue. pʒ de lumine ꝛ de q̄litatibus v̄tualibus herbaꝝ
ꝛ lapidū p̄ciosoꝝ. ¶ Quarta pclo. q̄litatū tāgibilium
4ª 2̄ solū q̄ttuor sunt actiue. s. caliditas. friditas. humiditas.
ꝛ siccitas. ¶ Sed. d. aliqs. grauitas ꝛ leuitas sunt q̄li
Dubiuʒ tates actiue: q2 motiue localr̄: ꝛ nō sunt q̄litates tāgibi
les. ḡ ꝛc̄. ¶ Rn̄det q dʒ itelligi de actione alteratiua
R ꝛ non alia. vnde videmus q graue cum iuxtaponitur
graui vel leui non facit ipsum grauius: ꝛ si grauitas al
terat. hoc nō est nisi per accn̄s: sic q mouet corpus qō
qdē corpus motū ex motu calefit ꝛ leuefit ꝛc̄.

p. Quantū ad tertiū dico: q sunt. caliditas. friditas. hūiditas. ꝛ siccitas: q̄ inter cete-
ras sunt actiue: q2 sunt p̄ores aliōs cālitate. pʒ: q2 sunt
2 cāe aliaꝝ. Scdo q2 actio semp fit rōne ptactus: ꝛ sic q̄
litates actiue debēt esse p̄ores. sicut sensus tactus est p̄
3 or aliōs sensib⁹. Tertio dico: q solū iste q̄ttuor q̄litates
sunt p̄ores aliōs cālitate. pʒ: q2 ex mixtione eaꝝ adinui
4 cē ꝛ nullaꝝ aliaꝝ sequit̄ alie q̄litates. Quarto dico: q
iste q̄ttuor sunt p̄ores aliōs p̄nᵗᵉ. pʒ: q2 s̄m cōbinationē
eaꝝ adinuicē capit̄ numerus elītoꝝ que dicunt̄ corpo-
5 ra p̄ª. Quīto dico: q ille q̄litates sunt p̄ores aliōs cōita
6 te. pʒ: q2 repiunt̄ tā in elemētis q̄ȝ in mixtis. Sexto di
co: q sunt p̄ores aliōs simplicitate. pʒ: q2 repiunt̄ in cor
poribus simplicibus sine cōmixtione q̄litatū cōtraria-
rum adinuicem. Ex his pʒ ad quesitum.

ad p̄m Ad rōnes. ¶ Ad p̄mā. si ly p̄ma. exponatur negatiue possunt esse multe alie
eque p̄me in suo genere: sʒ non p̄nt esse plura prima si
expōat̄ affirmatiue: ꝛ ex hoc glosatur auctoritas. s. qō
ad 2m per sup abundantiā dicit̄. ¶ Ad secundaʒ dico: q oēs
q̄ttuor sunt actiue: quāuis caliditas ꝛ friditas sint ma
ad 3m gis actiue q̄ȝ humiditas ꝛ siccitas. ¶ Ad tertiā dico:
q qō intelligitur de q̄litatibus hn̄tibus ꝯrium actiuis:
ad 4m actione que est rōne ꝯrietatis ꝓprie dicte. ¶ Ad quar-
tā dico: q non qlibet motus localis est p̄mus motuū:
sed solum motus localis celi: ꝛ iō si grauitas ꝛ leuitas
essent p̄ncipia actiua talis motus: bene ꝯcederē q tūc
deberent dici p̄ores inter qualitates actiuas q̄ȝ p̄dicte
quattuor: sed q2 non sunt p̄ncipia actiua motus localis
celi: ex p̄oritate motus localis non pōt argui p̄oritas
grauitatis ꝛ leuitatis inter q̄litates. Qō. ij.

Uerit Utrum quattuor q̄litatuʒ p̄maꝝ que sunt caliditas fri-
giditas ꝛc̄. due sint actiue. s. caliditas ꝛ fri
giditas: ꝛ due passiue. s. humiditas ꝛ sicci
p̄m tas. ¶ Et arguit̄ p̄mo q nō: q2 si sic. tunc
ille due q̄ dicūt actiue. s. cal'itas ꝛ friditas
deberēt agere in alias q̄ sunt passiue: sed hoc nō ex eo
q omnis actio fit rōne ꝯrietatis. mō talis cal'itas ꝛ
p̄ ge. 50 friditas nō ꝯriat̄ humiditati ꝛ siccitati. alr̄. n. plura es-
2m sent vni ꝯria. ergo ꝛc̄. ¶ Scdo. q2 dem̄ est in alia qō-
ne: q iste q̄ttuor q̄litates dicunt̄ q̄litates actiue. non ḡ
3m due eaꝝ solū sunt actiue ꝛ alie due passiue. ¶ Tertio.
ꝓbat̄ q cal'itas ꝛ friditas sūt q̄litates passiue. nā vna
eaꝝ minuit̄ ꝛ pati̇t ab alia postq̄ȝ ꝯriant̄: ꝛ hoc nō es-
4m set nisi essent passiue. ¶ Quarto. ꝓbat̄ q hūiditas ꝛ
siccitas sunt q̄litates actiue. nā sunt q̄litates ꝯrie: cū ḡ
p̄ ge. 50. rōne ꝯrietatis fiat actio videt̄ q humiditas ꝛ siccitas
T. c. 36. sunt adinuicē actiue. ¶ Quīto. nā dicit Aris. quarto me
ꝛ 40. teo. q siccū agit coagulationē: ꝛ hoc nō esset nisi sicci-
6m tas esset q̄litas actiua. ¶ Sexto nā humiditas ꝛ sic-
citas sunt q̄dā forme: forme āt est agere. materie vero
pati. ergo humiditas ꝛ siccitas dicunt̄ qualitates acti
ue. sicut caliditas ꝛ frigiditas.

In oppositū est Aristo. in isto scdo: ꝛ q̄rto meteororum. T. c. 8 T. c. p̄
¶ In ista qōne. Primo ponā distīōes. Secundo pclu-
siones. Tertio mouebo vnum dubium.
Quātū ad p̄mū sit p̄ma distīō. q pati dr̄ dupl'r. p̄ª di-
vno mō subiectiue. ꝛ de illo nō itelligit̄ qō. stinctio
alio mō terminatiue ꝛ sic capit̄ in ꝓposito. ¶ Scda di- 2ª dist.
stinctio. aliqd dr̄ pati adhuc dupl'r. vno mō per se: ꝛ isto
mō cal'itas pati̇t a friditate: ꝛ ecōuerso. alio mō p̄ acc-
cidēs. s. q pati̇t: q2 h̄ est huic annexū: ꝛ isto mō humi-
ditas pati̇t annexa cal'itati. cū cal'itas pati̇t a friditate.
¶ Tertia distīō. in ꝓposito p̄t fieri triplex cōparatio vna 3ª dist. T. 8. ꝛ
cali ad fridū: vel ecō. alia humidi ad siccū: vl' ecōuerso. q. 2. T.
tertia calidi ꝛ fridi ad humidū ꝛ siccū: vel ecōuerso.
Quantū ad scdʒ loqndo de actōe ꝛ passiōe ter p̄ª 2̄
minatiue ꝓpe accepta sit p̄ma. pclo q
cal'itas ꝛ friditas sūt actiua ꝛ passiua adinuicē. pʒ p̄ ad T. c. 50.
experientiā. pʒ ēt rōne: q2 sūt q̄litates tāgibiles ꝛ sūt ꝯr-
rie ꝛ p̄me mō p̄mo huius actio ꝛ passio fit rōne ꝯrieta 2ª 2̄
tis. ¶ Scda pclo. hūiditas ꝛ siccitas: sūt ēt actiue adi
uicē ꝛ passiue mō p̄dicto. pʒ ex eadē rōne. vn̄ qn̄ ignis
agit in aquā ip̄aʒ corrūpēdo: cal'itas ignis corrūpit fri
giditatē aq̄: sʒ nō hūiditatē: pp h̄ q nō est sibi ꝯria: sed
illa humiditas corrūpit̄ a siccitate ipsius ignis. ¶ Sʒ dubiū
d. cū fundat̄ aqua in ignē q̄ sit cal'a: cal'itas ignis corrū
pet̄: sʒ nō a friditate: pp hoc q illa aq̄ nō est frida: sed
est cal'a. p casuʒ. ḡ vr̄ q corrūpet̄ ab humiditate aque:
q̄ tn̄ nō est sibi ꝯria. ḡ vr̄. sil'r q humiditas aque corrū
pit̄ a caliditate ignis nō ob⁽ᵃ⁾ q nō sit ei ꝯria. ¶ Rn̄de- R
tur q cū aqua cal'a fundit̄ in ignē. tūc cal'itas ignis nō
corrūpit̄ ab aqua imediate: sʒ p modū sequele ꝛ me⁹
ꝛ hoc isto mō: q2 caliditas ignis reqrit subm raꝝ: sed
cū aqua cal'a que est grauis fundit̄ in ignē ꝯdensat ip̄s
in tm̄ q repugnat forme ignis stare in mā ita denso; ꝛ
sic ambo corrūpunt̄ ad corruptionē raritatis subiecti.
¶ Adhuc. d. aliqs. vr̄ q siccitas nō sit q̄litas actiua. dubiū
nā siccū iuxtapositū alicui humido nō exiccat ip̄ʒ: imo
cal'm magis vr̄ exiccare. ḡ nō est ponēdum q siccitas
sit q̄litas actiua siccitatis sibi silis: ꝛ corruptiua hūi-
ditatis. ¶ Ad istud dico: q imo siccū iuxtapositū hūi R
do exiccat ip̄m si est fortius: ista tamen actio est tarda
ꝛ minus ꝑceptibilis. ꝛ qn̄ dr̄. cal'm exiccat. dico q hoc
est p accn̄s: q2 corrūpit friditatē cui attribuit̄ hūiditas.
¶ Tertia pclo est. q caliditas nō agit in humiditatē 3ª 2̄
nec in siccitatē p se. pʒ: q2 nō est ꝯria. sil'r friditas non
agit in ipsam ex eadē rōne. vnde q2 oīs actio de qua est
p̄ns sermo solū fit rōne ꝯrietatis. seqtur q q̄ nō. sunt ꝯ
ria nō agūt adinuicē. ¶ Et ꝯfirmat̄. nā cal'itas ꝛ humi Cōfir.
ditas nāl'r se cōpatiunt̄ in eodē. puta. i aere. sil'r cal'itas
ꝛ siccitas in eodē. sic̄ in igne. sil'r friditas ꝛ hūiditas i.
eodē. puta in aq̄. sil'r friditas ꝛ siccitas i eodē. puta in
terra. Et h̄ nō eēt si friditas ꝛ cal'itas essent actiue in
p̄dicta. ¶ Sʒ ꝯ. d. aliqs. calor tn̄ solis multū vr̄ exicca- dubiū
re. ¶ Rn̄det q hoc nō ē isto mō: q cal'itas corrūpat R
humiditatē: sʒ isto mō: q2 caliditas solis agēs in ista īfe
riora ꝛ in corpora hūida. sic̄ i luti vel hm̄ōi calefacit
aliq̄s p̄ticulas illi⁹ corporis: qb⁹ calefactis leuefiūt: ꝛ tūc
p̄tes leniores ꝛ sbtiliores ab illis corporibus eleuant̄ ꝛ
recedūt: grossiores āt ꝛ magis terrestres derelinquunt̄: q
bus derelictis hūido sbtili exhalato residuū inenit̄ sic-
cū. ꝛ isto⁰ calor solis exiccat: nō q corrūpat hūiditatē
mō q̄ dem̄ ē. ¶ 4ª 2̄ est. q magis hūiditas ꝛ siccitas de 4ª 2̄
bēt dici passiue q̄ȝ alie due: ꝛ eꝯ alie due magis debēt di
ci actiue. pʒ h̄: q2 hūiditas ꝛ siccitas nō sunt ita velo-
cis actiōis: nec sūt tāte actiuitatis: sicut sūt cal'itas ꝛ fri-
ditas. ¶ 2ª ex eo q hūidū ꝛ siccū sūt disposita ad p'ces 2
passiones

passiones: cal'z āt ⁊ fridū ad plures actiões: humidū āt facilr termiaṫ termio alieno: siccū āt facilr termiaṫ termio ꝓpo. mō terminari ē pati: cal'z āt ꝯgregat homogenea ⁊ disgregat etherogenea: q2 pp calitatē fornacis plūbū segregaṫ ab argēto. pz: q2 ptibꝰ argēti segregate abiuicē ꝯgregaṫ adiuicē: ⁊ silr ptibꝰ plūbi ꝯgregaṫ ad iuicē. frm āt ꝯgregat tā etherogenea q̄ʒ hōgenea: ꝯgregare āt ⁊ segregare ē agere: qr ḡ hūiditati ⁊ siccitati ꝯueniūt plures passiones: calitati āt ⁊ friditati plures actiões: ille. s. humiditas ⁊ siccitas debēt dici passiue: iste vero. s. caliditas ⁊ friditas magis actiue.

Quantū ad tertiū dubitaṫ. vtꝝ q̄litates existētes in eodē subto. sic̄ calitas friditas hūiditas ⁊ siccitas agāt in seiuicē sicut in mixto.

pꝰ supꝰ ℭ Pro cuius dubȳ rn̄siōe sit pma suppō. q vnūqḋqʒ gn̄abile ⁊ corruptibile hn̄t nālē cōplōnē olīz suaꝝ q̄litatū ⁊ dispōnē nālē tā pmaꝝ q̄ʒ aliaꝝ siue sit mixtū: siue el'ntū. vn̄ nālis cōplo ⁊ dispō ignis ē q sit siccus: ⁊ in sūmo calidus: q̄lz. n. alia ē ei violēta. s. humiditas ⁊ friditas: ⁊ est extra eius nālē dispōnē: ⁊ ē ei īfirmitas. vn̄ ita el'nta īfirmanṫ ⁊ sananṫ. sic̄ mixta. qn̄. n. aqua ē calefacta ipa est īfirma: q2 posita est ex̄ suā nālē dispōnē: cū āt reuersa ē ad friditatē pstinā ē sanata.

2ꝰ supꝰ ℭ 2ª suppoꝰ talis dispō nālis in mixtis nō est eq̄lr cuilibz: ſʒ cōsistit in debita ꝓportiōe eaꝝ: ⁊ in vno est vna ꝓportio

3ꝰ supꝰ ⁊ in alio alia. ℭ Tertia suppō est q vnūqḋqʒ nāle tēdit reuerti ad dispōnē sibi nālē cū fuerit ex̄ ipāz q̄ntū ē pole. pz de aq̄ calefacta q̄ reducit seipāz ad friditatem porē: ⁊ est sile de h̄ ⁊ de v̄ga recta q̄ icuruaṫ: ⁊ ecōuerso. tēdit ad rectitudinē. ℭ Quarta suppō: q̄dā sūt hō-

4ꝰ suppoꝰ genea ⁊ q̄dā etherogenea. mō etherogeneitas ē q̄dā dissiltudo ⁊ pōt eē: vel siltudo ptiū in figꝰ vel dissiltudo ptiuz in q̄litate. vn̄ si esset aliq̄ aqua: cuius vna medietas esset cal'a ⁊ alia frida: in illa aqua eēt etherogeneitas ptiuz in q̄litate. ſʒ nō in figura. Sz si imago regis lapidea esset vniformiter per totū cal'a ibi eēt etherogeneitas ptium in figura: sed non in qualitate.

pꝰ ꝯ **Tūc sit** pma ꝯclō. nihil qḋ ē in ꝓpa ⁊ nāli dispōne sua agit in seipz p. pz: q2 ois mutatio alicuiꝰ a sua nāli dispone est sibi violēta: ſʒ nulla talis ē ab itriseco: postq̄ʒ est ꝯ nālē dispōnē illius: ⁊ h̄ pz ēt ex alio: q2 sic̄ v̄ga recta nō appetit icuruari: nec recedē ab eius rectitudie: ita silr ēt nālia: qn̄ sunt in suis dispōnibus nālibus appetūt maꝰ in illis ⁊ nō receꝰ ab illis.

2ꝰ ꝯ ℭ 2ª ꝯclō. q tale aliqn̄ agit in seipz nō p̄. i. vna ps in ptē sibi ꝓpiquā. pz. nā pole ē q tale sit etherogeneū: ⁊ alia sit cōplō vnius ptis: ⁊ alia alterius: vna calior ⁊ alia fridior. sic̄ pz de corpe hūano in quo cor est cal'z cere-

3ꝰ ꝯ brū fridū: ⁊ in tali corpe vna ps hn̄ agit in aliā. ℭ 3ª ꝯclō rn̄siua est q cal'itas ⁊ hūiditas in eodē subo adeq̄te nō agūt adiuicē cū ſtāt sic ꝓportiōate adiuicē q in tali cōplōne ꝯsistit cōplō nālis sibi in quo sunt. pz: q2 alr illḋ subz ab itrinseco recederet a dispōne sibi nāli: ⁊ hr̄et in se pncipiū itrisecū sue mutatiōis: qḋ est fl'z. ⁊ ꝯ dicta. falsitas maꝰ pz ex eo q q̄ʒ cito poniṫ extra dispōnē illā sibi nālē redit seipso ad illā q̄ntū ē pole. ḡ qn̄ erat sub ea nō habuit pncipiū itrisecū reducēdi se ab illa.

Corꝰ ℭ Ex his seqr pmo ⁊ maꝰ ex ꝯclōne penultima q mixta hn̄t in seipsis pncipiū sue corruptiōis. Itē seqṫ q el'nta nō. Itē seqṫ q si nō eēt corrūpēs extrisecū el'nta manerēt ppetuo. Itē seqtur q nō seqtur ille q̄litates sunt ineq̄les. ḡ agūt in seiuicē: pz: q2 optia dispō ꝯsistit in ineq̄litate: ſʒ tūc vna illaꝝ q̄litatū nō agit in aliā ⁊ hoc p formā subalē ipsius mixti cui illa dispō est nālis ⁊ ꝯueniēs. Itē seqṫ q mixta etherogenea minus in etherogeneitate ptiū in q̄litate sunt magis durativa: sicut lapides ⁊ hmōi. Item seqtur q mixta magis etherogenea etherogeneitate ptiū in q̄litate sūt minus durativa pz hoc ex predictis. ℭ Ad rōnes pz ex dictis quid sit rn̄dendum.

Qō. iiij.

Querit Utꝝ el'nta sint q̄ttuor ⁊ non plura. nec pauciora. Et breuiṫ pp remouere aliq̄ dubia seu cauillatiōes logicales qḋ dz itelligi. vtꝝ sint q̄ttuor termini distincti sign̄tes oia el'nta. quoꝝ nullus coicidat in sign̄do idē el'ntū: ⁊ nō plures nec pauciores: nō coicidentes cū aliquo istoꝝ q̄ttuor in sign̄do idē el'ntū. Et silr mō debēt itelligi tituli qōnū qbus q̄riṫ de numero pncipioꝝ coꝝ nāliū vel de numero p̄dicabiliū vel de numero p̄dicamentoꝝ vel cōsimiliū. ℭ Et arguiṫ p̄ q nō sint nisi duo: q2 el'ntū dr̄ ex quo fit aliqḋ cū isit: ſʒ q2 talia nō sunt nisi duo pncipia mā ⁊ forma postq̄ʒ vocata el'nta nō manēt in mixto. put pus dcm̄ ē. ergo ⁊c̄. pm 5. me. 4

ℭ 2ᵒ solū sunt due dr̄ntie corpoꝝ simpliciū. ḡ vr̄ q solū sunt duo el'nta. ꝯn̄a tz postq̄ʒ el'nta dn̄r corpa simplicia. an̄s pz. nā solū sunt iste due drīe graue ⁊ leue. nā oē corpus simplex est graue vel leue. 2m

ℭ 3ᵒ ꝓbaṫ q sint sex: q2 q̄ttuor sunt vocata el'a. s. aq̄. terra. aer. ignis: ⁊ cū hoc vltra ꝓbatum est q sunt duo pncipia mā ⁊ forma. 3m

ℭ 4ᵒ tot sunt el'a quot sunt drīe corpoꝝ simpliciū: ſʒ ille sunt sex. s. calitas. friditas. hūiditas. siccitas. grauitas. ⁊ leuitas. 4m

ℭ 5ᵒ arguiṫ sic. tot sunt el'a quot sunt cōbinatiōes q̄litatū pmaꝝ tāgibiliū: ſʒ ille sunt sex. s. caliditas cū siccitate. scḋa cal'itas cū humiditate. tertia frigiditas cū hūiditate. q̄rta friditas cū siccitate. q̄nta caliditas cū frigiditate. sexta humiditas cum siccitate. 5m

ℭ 6ᵒ vr̄ q sint q̄nqʒ: q2 q̄nqʒ sunt corpa simplicia. s. q̄ttuor vocata el'a ⁊ celū: celū. n. est q̄ntū corpꝰ simplex. vt pz p Arist. pmo celi. 6m

ℭ 7ᵒ arguiṫ sic. plures sunt orbes celi ⁊ motores q̄ʒ quattuor. ḡ plura debent esse elementa q̄ʒ quattuor. an̄s communiter cōcediṫ: sed ꝯn̄a tz ex eo q quelibz planetaꝝ de vno orbe dicitur esse de nā vnius elementi. T. c. 22.

ℭ 8ᵒ plures sunt lr̄e q̄ʒ quattuor. ergo ⁊ plura elementa q̄ʒ quattuor. ꝯn̄a tz: q2 lr̄e dicūtur elementa syllabaꝝ. an̄s est notum de se. 8m

In oppositū est Arist. in isto scḋō. vbi s̄m cōbinationes q̄ttuor pmaꝝ q̄litatū q̄ sunt caliditas friditas ⁊c̄. pncipales ponit eē quattuor el'nta spē distaꝰ ⁊ nō plura neqʒ pauciora: eo q tot combinationes quattuor primaꝝ q̄litatum sunt possibiles ⁊ non plures nec pauciores.

ℭ In ista qōne. p̄ videndū est qd est el'ntū. 2ᵒ vn̄ sumaṫ numerus el'ntoꝝ. tertio quot ⁊ q̄lr sunt elementa.

Quātū ad pmū sciendū est q el'entū diciṫ ab hile. vnde hile est idē q pma mā. vn̄ versificator. Dicere qd sit hile nō est dictū puelle: ⁊ dr̄ elementū q̄si ilementū. Sed sic mutaṫ ly. e. cū melioris soni. vn̄ ex hoc pz q ꝓprīssime mā pma solū dr̄ elementū: ſʒ vocata elementa q̄ sunt ignis aqua ⁊c̄. dn̄r el'a respectu mixtoꝝ: non eo q q̄litas ipsoꝝ vel ipsa maneāt in mixto: sed q2 q̄litates siles q̄litatibus elem̄toꝝ sunt in mixto: ad cuius gn̄ōnē oportuit ꝯcurrere elementa vel vocata el'a mediate vel imediate. Alr pōt dici q̄si elementatū: ꝓpter hoc q mixta eleuātur ⁊ formātur ex elementis mō quo dicebatur. vel pōt dici elementū q̄si alimentū. q2 elementis aluntur mixta: ſʒ non imediate sed mediate. Pōt ergo esse vna descriptio elementi: elementū est qḋ in resolōne corpoꝝ ieniṫ vltimū. ⁊ i generatione ipsoꝝ ieniṫ pmum. Et si ly corpoꝝ non restrigatur. tunc hec descriptio solum cōuenit materie pme: q2 solum materia est que in generatione corporū simpliciter reperitur primum: ⁊ in resolutione eorum dz inueniri. p. nōnᵐ

dꝫ inueniri vltimũ. Sꝫ si ly corpoꝝ restringiť p ly mix
toꝝ. hec descriptio põt cõpetere. tũc vocatis eliis. vñ in
gñione corpoꝝ mixtoꝝ ex elñtis: elñta iueniunť pri-
ma: ꝛ i resolõne vltia. ꝛ iõ sic lre dñr pma elñta dictio
nũ: ꝛ syllabe scõa: ita corpoꝝ mixtoꝝ gñabiliũ ꝛ cor-
ruptibiliũ pmũ elñtũ dr pma mã. sꝫ scõa elñta sunt vo-
cata elñta a vulgo: q̃ pp hoc a vulgo vocanť elñta: qꝛ
vulgus nõ pcipit mãꝫ pmã porẽ: imo credit ista q̃ttuor
p. corpora simplicia esse pma elñta simplr. ¶ Alia põt
esse descriptio elñti: elñtũ est in qd dissoluunť corpora:
dissolõ aũt est triplex. q̃dã est in ptes integrales. Et sic
2 Democri. itellexit corpora resolui in elñta. i. in corpora
athoma: alia aũt in ptes essentiales coextẽsas ꝛc̃. ꝛ sic
3 dicimus resolõnẽ mixti eẽ in mãꝫ ꝛ formã tãq̃ in elta.
tertia est in ptes coextẽsas sꝫ silitudinẽ ꝛ virtutẽ. ꝛ talẽ
dicimus esse in q̃ttuor vocata ela q̃ nõ manẽt in mix-
to: tñ ex eis bene gñať mixtũ: ꝛ ecõuerso. eo mõ quo di
2m nõn ctũ est. ¶ Nõndũ est q ptes essen:iales sunt duplices
q̃dã dñr coextẽse ꝛ nõ manẽt separate: ꝛ oẽs gñabilis
ꝛ corruptibilis itrãt essentiã: ꝛ sic mã ꝛ forma dñr p-
tes essentiales: ꝛ iste in vitate sunt elñta: verius tñ mã:
ex eo q ipsa psupponiť gñoni: ꝛ mãet post corruptio-
nẽ illius: cuius est mã: forma vo non. Alie dñr ptes es-
sentiales que pñt separate esse: ꝛ talia dñr elñta secũ-
3m nõn da. sicut sunt aer ignis ꝛc̃. ¶ Tertio notãdũ est q ista
elñta secũda iter corpora actu exñtia sunt maxie sim-
plicia: ꝛ ex his pstituiť mũdus tãq̃ ex ptibus itegrali
bus vna cũ celo: qd est ẽt vnũ corpus simplex qnta sim-
4m nõn. plex essentia. ¶ Sed notãdũ est q alr elñta dñr sim-
plicia ꝛ alr qnta essentia. vnde qnta essentia diciť sim-
plex tã p priuationẽ cõpositionis ex mã ꝛ forma q̃ꝫ p
priuationẽ cõpositionis ex ꝯrietate: vocata aũt elñta nõ
sunt ita simplicia. vñ qdlꝫ ipsoꝝ ẽ cõpositũ ex mã ꝛ for
ma: sꝫ dñr simplicia p priuationẽ cõpositionis ex ꝯrieta-
te. vñ in vno elñtoꝝ sunt qualitates contrarie nãliter.
vnde si in aqua est caliditas: ꝛ frigiditas inest ei vio-
lente. Ex his pꝫ quo mõ itelligiť q mixta resoluuntur
in elenta: ꝛ silr qd sit elñtũ: ꝛ silr q̃liter equiuoce vti-
mur aliqñ isto termio elñtũ: ꝛ silr vñ dicať elñtũ.

p. 2e **Quantũ** ad scõꝫ sit pma pclõ. nũerus elñtoꝝ
sumiť a numero pmaꝝ q̃litatũ q̃ sunt
caliditas friditas ꝛc̃. pꝫ: qꝛ ex quo ille q̃litates dñr pme:
ꝛ sic ex quo vocata elñta dñr pma respectu mixtoꝝ: nu
merus coꝝ dꝫ capi penes numeꝝ illaꝝ q̃litatũ. vñ ca-
piť sic q igni iest pmo caliditas: ꝛ aeri hũiditas: aq̃ fri-
ditas: ꝛ terre siccitas. ¶ Scdo qꝛ sꝫ actionẽ ꝛ altera-
tionẽ ipsaꝝ q̃ttuor q̃litatũ adiuicẽ fiũt mixta ꝛ sꝫ aliã
2e ꝛ aliã cõmixtionẽ alia ꝛ alia mixta. ¶ Scda pclõ. nu-
merus eloꝝ nõ dꝫ capi penes numeꝝ aliaꝝ q̃litatuꝫ:
q̃uis sint ꝯrie. pꝫ: qꝛ nec alie ab his sunt pme. mõ qꝛ
vocata elñta dñr esse pma corpora: itelligendo eo mõ
quo dcm̃ est: sequitur etiã q non sunt alie ꝛ alie q̃lita-
tes pme. pꝫ ex pma questione huius secundi.

Quãtũ ad tertiũ sciendũ pmo. q pmaꝝ q̃litatũ
que sunt caliditas. friditas ꝛc̃. nunq̃ aliq̃
eaꝝ repeiť se sola. sed semp ad vnã pseqtur alia: ita q
ad actiuã passiua. vñ nunq̃ repeiť caliditas nisi cuꝫ ea
sit humiditas vel siccitas: nec vnq̃ repeiť friditas: nisi
secũ sit humiditas vel siccitas. ¶ Ex hoc pꝫ q nõ va
let dicere. 8. esse elñta: quoꝝ vnũ haberet solã caldita
tem: aliud solã friditatem ꝛc̃. vocata elementa.

p. 2e **Tũc sit** pma pclõ. nõ est ponendũ q tñ sit vnũ
elemẽtũ ꝛ nõ plã. pbať: qꝛ si sic nõ repe
riret aliq̃ ꝯrietas: alr. n. nũq̃ deleret: sed illa inest sibi
rõne q̃litatũ elemẽtariũ: ꝛ cũ in vno elemẽto nõ repe-
riať aliq̃ quãtitas in q̃litatibus. seqtur q nulla repeiť
ꝯrietas si esset vnũ elemẽtũ solũ sic q non plã. ¶ Se 2e
cũda pclõ. nõ est ponẽdũ q sint tñ duo elñta ꝛ nõ plu
ra. pbať: qꝛ si sic. tũc illoꝝ vnũ oporteret esse calidum
ꝛ humidũ vel fridũ ꝛ siccũ: vel ecõuerso. s. calidũ ꝛ sic
cũ: vel fridũ ꝛ humidũ: sed si sic esset. tũc illa cito mu-
tuo se corrũperẽt. ꝛ sic nõ haberemus aliud elementũ
pñtia tꝫ. postq̃ illa duo essent ꝯria sm ambas eoꝝ q̃li 3e
tates. ¶ Tertia pclõ. nõ est ponẽdũ q sint tertia ꝛ nõ
plura: qꝛ si sic. tunc duo eoꝝ essent ꝯria sm ambas q̃li-
tates: ꝛ tertiũ hrẽt symbolũ cũ vno illoꝝ: ꝛ sic illa duo
hñtia symbolũ satis cito tertiũ corrũperẽt. ¶ Ex his se 4e
qtur q̃rta pclõ. q ad minus opꝫ esse q̃ttuor elemẽta si
ppetuo debeãt manere elemẽta: ꝛ si res debẽt se hrẽ: sicut
mõ se habeãt quo ad eaꝝ gñationẽ ꝛ corruptionem ꝛ 5e
alias pprietates eis cõicãtes. ¶ Quita pclusio. est q
q̃ttuor sunt elemẽta specifice distincta ꝛ nõ plura. pbať: qꝛ
q̃ttuor sunt cõbinationes q̃ttuor q̃litatũ cõpossibiles
ꝛ nõ plures. g̃ qd vera. pñtia tꝫ ex eo q numerus pmo
rũ corpoꝝ gñabiliũ ꝛ corruptibiliũ dꝫ accipi sꝫ nume-
rũ cõpositionũ q̃ttuor q̃litatũ adinuicẽ: sꝫ quaꝝ actio-
nẽ ꝛ passionẽ sunt gñones ꝛ corruptiones. añs pꝫ. naꝫ
pus dicebať q cõbinationes pmaꝝ q̃litatũ q̃ sunt ca-
liditas ꝛc̃. possent imaginari sex modis. quoꝝ duo sũt
ipossibiles: que sunt calidi cũ frido: ꝛ humidi cũ sicco:
ꝛ relique q̃ttuor sunt possibiles. g̃ ꝛc̃. ¶ Sꝫ. d. m: imo dubiũ
videť q caliditas ꝛ friditas sint cõpossibiles. pꝫ de aq̃
calefacta. ¶ Rñdeť q nõ sunt. sic cõpossibiles q am-
be isint eidem elemento: nisi vna eaꝝ isit ei violente.
mõ sm talẽ cõpossibilitatẽ nõ dꝫ sumi elementũ distinctum
ab alijs. ¶ Et pfirmať: qꝛ q̃ttuor sunt q̃litates pme spe
cifice distincte ꝛ non plures. ergo tot debent esse elementa
specifice disticta ꝛ non plura. añs pꝫ ex pus dictis: ꝛ
pña tꝫ ex eo q cuilibet elemẽto iest pmo vna de q̃lita-
tibus pmis: ꝛ qd inest vni pmo nõ inest alteri pmo.

Ad rões. ¶ Ad pmã de mã ꝛ forma dcm̃ ad pm
est: ex eo q solũ hic itelligiť de ele
mẽtis: q̃ sunt corpora simplicia gñabilia ꝛ corruptibi-
lia seorsum existere potẽtia. mõ talia nõ sunt mã ꝛ for- ad 2m
ma. ¶ Ad tertiã qñ dr due solũ sunt dñe corpoꝝ sim-
pliciũ: veꝝ est gñales: sꝫ non specifice. vñ adhuc vlteri
us leue subdiuidiť: ꝛ silr graue. in tñ q p talẽ diuisionẽ
iueniunť q̃ttuor corpora simplicia gñabilia ꝛ corrupti
bilia q̃ sunt dicta elementa. ¶ Ad tertiã qñ dr ꝛc̃. quo ad 3m
sit dcm̃ pꝫ ex rñsione ad pmũ. ¶ Ad q̃rtã dico q quia ad 4m
grauitas ꝛ leuitas nõ sunt q̃litates actiue alterabiliũ:
sꝫ motuũ localiũ: penes grauitatẽ ꝛ leuitatẽ nõ sũt ele
mẽta capiẽda pncipalr: pp h solũ dꝫ capi penes q̃lita-
tes q̃ sunt actiue alterabiliũ: qꝛ tales sunt actie gñabi-
liũ ꝛ corruptibiliũ. ¶ Ad qntã dico q veꝝ est q tot ad 5m
sunt quot sunt cõbinationes q̃litatũ pmaꝝ poles: q̃ꝝ
q̃libꝫ inest nãlr ꝛ nõ violente illi cui inest. mõ ille cõbi
nationes sunt q̃ttuor ꝛ nõ plres. sic dcm̃ est. ¶ Ad sex- ad 6m
tã dico: q solũ in pposito est sermo de corporibus sim-
plicibus ꝛ gñabilibus ꝛ corruptibilibus. mõ de nume
ro illoꝝ nõ est celũ. ¶ Ad septimã qñ dr. plures sũt or ad 7m
bes ꝛc̃. negať pña. Pro quo aduertẽdum est q in isto
mũdo tres pñt imaginari q̃ternitates. q̃ꝝ pma termi-
nať iclusiue ad ignẽ. scõa aũt terminať iclusiue ad solẽ: ꝛ
tertia terminať iclusiue ad vltimã sperã. pma q̃terni-
tas est terra. aq̃. aer. ignis. scõa est luna. mercurius. ve-
nus. ꝛ sol: ita q in ista q̃ternitate luna comparať terre.
mercurius aque: venus aeri: ꝛ sol igni. tertia q̃ternitas
est mars. iuppiter. saturnus ꝛ octaua spa: ita q i ista q̃
ternitate. mars cõparať igni. iuppiter aeri. saturnus aq̃.
octaua spa terre: ita q sm istã triplicẽ q̃ternitatẽ ter-
ra esset infimum ꝛ supremum. Ex hoc patet q non oportet
tot esse

tot eē el'a quot sunt orbes:post q̄ plres orbes cōpāt bñ
ad 8m ꝛ assilant vni el'o. ¶ Ad vltima pz. ꝙ solū capit h eln
tum ꝓut extēdit se ad pl'a corpa actu existia gn̄abilia ꝛ
corruptibilia adiuicē alterabilia. Q.ō. iiij.

p. **Q**ueritur Utrū ignis sit p̊ calidus aer p̊ hūidus. aq̄ p̊ fra. ꝛ terra p̊ sicca. ¶ Et argr̄ ꝙ nō: nā si sic. seq tur ꝙ ignis ꝛ aq̄ eēnt ꝯria: silr aer ꝛ t̄ra: ꝙ ē falsu3: ꝛ ꝯn̄a nō est de se: ex eo ꝙ p̊ cal'm ꝯriat p̊ fro. ꝛ p̊ hūidū p̊ sicco falsitas ꝯn̄tis ꝓbat: ex eo ꝙ seqr̄ ꝙ subē eēnt adiuicē ꝯrie. mō h est falsum. nō p Ari. i p̄dicamētis subē nihil est ꝯriū. ꝯn̄a tz ex eo ꝙ q̄lz el'orum
Cōfir. est suba. ¶ Scđo ꝯfirmat idē. na3 si illa eēnt ꝯria: seqr̄ ꝙ ipsa eēnt apta nata succe[ss] sibiinuicē i eodē subo exñ te i actu ens p se subsistēs. mō h ē falsum: q2 non idem ens manēs idē noie ꝛ diffōne p̄t p̊ eē ignis postea aq̄. ꝯn̄a tz p vnā ꝯditōe3 ꝯrioꝝ. ¶ Tertio vnū ē vni tm̄ ꝯ riū. mō ignis ꝯriat terre: q2 ignis est calidus ꝛ terra fri da: non g̃ ꝯriat aq̄. ¶ Quarto vr̄ ꝙ ignis ꝛ terra magis sunt ꝯ:ia q̄ ignis ꝛ aqua: quia illa sunt magis contraria q̄ a seinuicem magis distāt: s3 ignis ꝛ terra ma-
2 gis distāt a seiuicē q̄ ignis ꝛ aq̄: sic pz i situ nāli el'oꝝ. g̃ ꝛc̄. ¶ Scđo ad p̄nt[e] suppōit ꝙ eadē q̄litas i spē iest eq̄ p̊ duob[us] el'tis. tūc sic. terra ē p̊ fra: g̃ nō aq̄. ꝯn̄a tz p suppōnē. añs pz. nā h vr̄ eē p̊ frm qđ maxie distat a fō
3 te cal'oꝝ. s3 sic ē ō terra: q2 maxie distat a celo qđ est ꝓductiuū caloris i istis iferiorib[us]. ¶ 3° ꝓ effect[us] ōbemus arguē cāo: ꝛ cū ꝯ̄sitas sit effect[us] friditatis. seqr̄ ꝙ illō
4 qđ ē maxie ꝯ̄sum sit p̊ frm: s3 terra est maxie ꝯ̄sa. g̃ ip sa ē p̊ fra. ¶ 4° illud qđ nō ē ꝯiūctū alicui el'o cal'o. vr̄
5 ꝙ sit magi ꝛ p̊ fr3 q̄ illō qđ ē ꝯiūctū alicui cal'o: s3 t̄ra nō est ꝯiūcta alicui el'o cal'o. s. aeri. g̃ ꝛc̄. ¶ 5° vr̄ qđ aq̄ sit magis hūida q̄ fra: ꝓp hoc qđ humiditas iest aq̄ in sepabilr̄. friditas aūt iest aque sepabilr̄. pz: q2 q̄ntūs aq̄
2.g.23. bñ calefiat: adhuc tm̄ manet humida.

In oppositum est Aristote. hic textu p̄imo. caplo. 3.

¶ In ista q̄ōe. p̊ vidēdū est de illo de quo tangebat in p̊
p. sup. argu. s. de ꝯrietate el'oꝝ. scđo videndum est de q̄sito.

Quantū ad p̄mū supponit p̊. qđ ad hoc qđ ali q̄ dicant ꝯ:ia regrit qđ apta nata sint
p.ꝯ. succedere sibiinuicē in eodē subo in actu hoc ē i eodem cōposito ex mā ꝛ forma. ¶ Tūc sit p̊[a] ꝯclo. el'a bñ sūt ꝯria s̄m eoꝝ q̄litates nāles. pz. nā q̄litates el'oꝝ nāles sūt calitas friditas hūiditas ꝛ siccitas. ḡuitas leuitas. raritas ꝯ̄sitas: s3 mō hmōi q̄litates sunt sibiinuicē ꝯrie: nō singl'e singul': s3 ōterminate ōterminatis. S3 q2 q̄litates nāles el'oꝝ sunt duplices: q̄dā motiue localr̄. sicut grauitas leuitas: q̄dā ōt alteratiue: sicut caliditas ꝛ fri
2.ꝯ. ditas. ¶ Tūc sit scđa ꝯclo. ꝙ ignis ꝛ terra magi ꝯriā tur adiuicē quo ad q̄litates motiuas localr̄ q̄ ignis ꝛ aq̄. pz: q2 ignis ē simplr̄ leuis: ꝛ terra simplr̄ ḡuis. aq̄ āt ē leuis ꝛ ḡuis s̄m qd. q2 ē leuis respcū terre: ꝛ est ḡ
3.ꝯ. uis respcū aeris ꝛ ignis q̄ sibi supeminēt. ¶ 3° ꝯ est. qđ ignis magis ꝯriat aq̄ q̄ terre quo ad q̄litates alteratiuas. pz: q2 ignis ꝛ aq̄ ꝯriant s̄3 ambas q̄litates alteratiuas. ex eo qđ ignis ē cal's ꝛ sicc[us]. ꝛ aq̄ ē fra ꝛ hūida: sed ignis ꝯriat terre solū s̄m vnā qualitatē alteratiuā.
T.cō. s. s̄m caliditatem. ꝛ non s̄m aliam. ex eo qđ ignis ꝛ ter
23. ra cōicant in siccitate. ꝛ q2 Aristo. cōsiderat hic elemē ta s̄m qđ sunt gn̄abilia ꝛ corruptibilia. iō dicit h. illa magis ꝯriant q̄ ꝯriant s̄m q̄litates alteratiuas q̄ q̄ ꝯ riantur s̄m qualitates motiuas localr̄. Et sic dicit h ꝙ ignis magis ꝯriatur aque q̄ terre. Sic ergo visum est q̄ūo elementa contrariantur secundum qualitates eorum naturales.

S3 tunc restat difficultas. vtꝝ ēt ꝯrient s̄m eo rū subas. ¶ Pro quo sit p̊[a] ꝯ. ꝙ el'enta nō ꝯriant s̄3 eoꝝ mās. pz p diffōnē ꝯrioꝝ. ¶ 2[a] ꝯ ꝙ p.ꝯ 2.ꝯ
nec el'enta ꝯriant s̄3 eoꝝ formas subales. pz p suppōnē q̄ dic̄ ꝙ ad h ꝙ aliqua ꝯrient regrit ꝙ possint sibiiuicē succedere i eodē subo i actu: h est in eodē cōposito ex mā ꝛ forma: s3 sic nō est ō formis subalib[us] el'entorū. pz: q2 nō est pos'e ꝙ i eodē cōposito ex mā p̄ma sit forma subalis ignis ꝛ postea forma subalis aque. nā il lud cōpositū vl' eēt el'entū vl' mixtū: si mixtū: q2 forme subales el'entoꝝ nō manēt i mixto. sic̄ dem̄ est: ꝓpter h ꝙ oporteret ꝙ idē el'entū eēt p̊ ignis ꝛ postea aqua. mō h est falsum vt notū est de se: q̄uis. n. ex igne bñ possit gn̄ari aq̄: nō tm̄ ꝓpter h idē el'entu3 p̄mo ē ignis 3.ꝯ
ꝛ postea aq̄. ¶ 3[a] ꝯ ē. ꝙ el'enta nō sūt ꝯria s̄3 eoꝝ sub p.ꝯ
stantiā. pz: q2 nec s̄m eoꝝ mā3. p p̄mā cōclusione3: nec s̄m eoꝝ formā subalem. per secundā. ergo ꝛc̄.

Quantū ad 2m sit p̄ma ꝯ. vnicuiq3 el'entoꝝ iest p̊[a] vna q̄litas. pz h p̄mo: q2 cuiuslibet el'enti forma subalis est simplex tā subalr̄ q̄ i ḡtute. g̃ vr̄ ꝙ solū determiet sibi vnā q̄litatē q̄ iest sibi p̊[a]. l3. n. determiet sibi duas: nō tm̄ eque p̄mo. ꝯn̄a videt nota. añs pz. nā p hoc forma subalis el'enti. dft a forma sub stātiali mixti: l3. n. forma subalis mixti sit simplex subaliter: nō tm̄ ē simplex ḡtualr̄: sic pz de diuersis mixtis: 2.ꝯ
vt de herbis ꝛ lapidib[us] p̄ciosis: qbus isunt diuerse ḡtu tes rōne formaꝝ subaliū ipsoꝝ. ¶ 2[a] ꝯ. igni iest p̊ caliditas. pz: q2 ignis iter alia el'ta est nobilissimū: cuius si 3.ꝯ
gnū ē: q2 locatus est sup loca alioꝝ el'entoꝝ: ꝛ cū caliditas iter q̄litates actiuas sit nobilissima: cui[us] signū ē eius maxia actiuitas. vr̄ ꝙ ipsa p̄mo insit igni. ¶ 3[a] ꝯ. aer est p̄mo hūidus. ꝓbat. nā aliq̄ q̄litas inest sibi p̊[a] p p̄mā ꝯnem: vel g̃ caliditas vel humiditas. ꝓbat: q2 aer est calidus ꝛ hūidus: sed nō caliditas: q2 illa inest p̄mo igni. p secundā ꝯnē. g̃ relinqt ꝙ humiditas. ꝯn̄a 4.ꝯ
tz ex eo ꝙ aer nō h3 aliq̄ q̄litatē de qualitatibus actiuis q̄ caliditatē ꝛ hūiditatē: ex eo ꝙ nulla q̄litas pōt iesse eque p̄mo duob[us] el'entis. ¶ 4[a] ꝯ. friditas iest p̊[a] 5.ꝯ
aque. pz: q2 sibi isunt friditas ꝛ hūiditas: vel g̃ sibi iest p̊[a] friditas ꝛ hēturꝓpositū: vel hūiditas ꝛ hoc nō: q2 illa iest p̊ aeri p p̄cedētē ꝯnē. ¶ 5[a] ꝯ. terre p̊[a] inest siccitas. pz: q2 sibi isunt siccitas ꝛ friditas: vel g̃ iest sibi p̊[a] siccitas: ꝛ hēturꝓpositū: vel sibi iest p̄mo friditas: ꝛ h nō: q2 illa inest aque. per precedentem conclusionem.

Sed restat dubitatio q̄ūo itelligit ꝙ igni iest p̊[a] calitas. vtꝝ h itelligat i cōparatiōe ad alia el'enta vl' i ordine ad aliā q̄litatē. s. siccitatē: sic ꝙ sit sensus. ignis ē p̄us calid[us] q̄ aliqđ alioꝝ el'entoꝝ: ꝛ cuius calitas ē cā caliditatis: ꝙ alia sūt calida: vel ꝙ igni p̄us inest caliditas q̄ siccitas: h est ꝙ ignis de nā sua determiat sibi calitatē: ꝛ ꝙ 2° ꝯsequa- T.c.23.
tur siccitatē. ¶ Ad h r̄ndet s̄m itentionē Aris. ꝙ hoc R
dz itelligi ꝙ igni p̄us iest calitas q̄ siccitas: ꝛ aeri p̊[a] Nōndū
hūiditas q̄ caliditas: ꝛ aque p̄us friditas q̄ humiditas: ꝛ terre p̊[a] siccitas q̄ friditas. ¶ S3 p plenior' itellectu nōn[m] ē ꝙ illō dz itell'i de calitate ꝛ siccitate ḡtualib[us]. vñ aliq̄ sūt bñ cal'a actualr̄: ꝛ tm̄ sūt frida ḡtualr̄. ḡ bi gr̄a. sic aq̄ calefacta. silr̄ aliq̄ sūt bñ frida actualr̄: ꝛ tm̄ sūt cal'a ḡtualr̄: sicut pip ʒiʒiber ꝛ h[oi]. vñ q̄uis aliqs potaret aquā calidā nō ꝓpter h ꝯfortaret ei[us] calor: ꝙ tamē bñ cōtingeret si potaret vinū fridum. Et sic quāuis vinū sit actualiter fridū tamen est virtualiter calidum. Ex isto possunt solui alique rationes facte.

Ad rōnes ¶ Ad p̄mā pz. ex p̊ art. s3 ibi erat vna de distāuia q̄ erat ista: magis distātia sūt magis ꝯria: h itelligit nō ō distātia locali:

sic ꝺ distātia iter terrā ⁊ ignē: ſʒ ꝺ distātia formali q̄ ē
q̄dā repugnan⁹ ⁊ icōpossitas. ℭ Ad 2ᵐ dico: ꝙ illa bñ
ꝓbat ꝙ terra sit frigidioꝛ q̄ȝ aq̄ frigiditate actuali: ñ tñ fri-
giditate ṽtuali. vñ frigiditas actualis dr̃ q̄ statiȝ ꝑcipit ad
tactū. ℭ Ad 3ᵐ ⁊ 4ᵐ. silr̃ mō r̄ndet. ℭ Ad 5ᵐ dico
ꝙ q̄uis frigiditas actual' sit bñ sepabilis: nō tñ frigiditas
hītualis siue ṽtualis. vñ q̄uis aq̄ bñ calefiat: adhuc tñ
manet in ea frigiditas ṽtualis ꝑ quam caliditate amota
iteꝝ reuertit ad frigiditatē actualē. Q.ō. v.

Queritur Utrum calitas ignis ⁊ calitas
aeris sint eiusdē spēi solū dr̄n-
tes ſʒ magis ⁊ minus. Et silr̄ q̄rit ꝺ siccitate
ignis ⁊ sic^{te} terre: ⁊ ꝺ hūiditate aeris ⁊ hūi
p. ditate aq̄: ⁊ ꝺ frigiditate terre: ⁊ ꝺ frigi^{te} aq̄. ℭ Et arḡ ꝑ
